

A-5  
—  
25a



# CHARTREUSE de **BELLARY**

✻ Annonciation de la Sainte Vierge ✻

( PROVINCE DE FRANCE-SUR-LOIRE )



*Manuscrit du Ven. Père Dom Palémon BASTIN*



# Cartusia

## Annunciationis Beatæ Mariæ Virginis De Bellolarico

In Ducatu Nivernensi et Episcopatu Autissiodorensi. —

(Notitæ 7. VII. — )

In loco solitario, et ab urbibus remoto, ita ut tribus aut quatuor leucis versus orientem, distet a civitate oppido fere tantum, nota ex priorate ditissimo Ordinis Cluniacensis a quo et nomen accepit. Fundata est in parochia De Monay nemoribus et sylvis undique cincta, anno 1209 ab Herweco Dongiaci dynasta, hac occasione: Mox bello inter Petrum De Courtenay hujus nominis secundum, Ludovicum crassi Francorum Regis nepotem (non filium, ut quidam ex nostris scripserunt) Autissiodorensium Nivernensiumque Comitum, et Herwecum hujus nominis tertium, Dongiaci Dominum: Utrique copiose in aciem educuntur; proelium commissum, juxta Abbatiam S<sup>ti</sup> Laurentii sitam inter Polliacum et Bellolaricum. Pugna ab ulla hominum memoriâ talis in istis partibus nunquam pugnata. Victoria a Domino Dono aliter Herweco. Annum et diem hujus proelii veteres mss. apud Sancti Martini (l. IV. ubi agit de Abbatia S<sup>ti</sup> Laurentii prope Condam) ita commemorat: « Anno 1199, in festo inventionis corporis B. Protomartyris Stephani confitatus est exercitus Petri Comitis Nivernensis cum comitibus Baronibus et ceteris. Factum est apud Abbatiam S<sup>ti</sup> Laurentii ab Herweco Domino Dongiaci B<sup>nis</sup> Stephano atque Laurentia ipsius adiuvantibus, quibus quavis vela ejus tumerent secundum vento, a victo Petro, quem etiam captivum tenebat, expetentem pacem non abnuat, quem interventu et auctoritate Philippus Augustus Regis sancivit religione commutari cum Matilda de Petropoliâ; quæ tandem, nupta contulit Herweco comitatum Nivernensium. Verum, quia utrumque conjugum sanguinis proximitate lex Dei a thoro semovebat, ne matrimonium jam initum tanquam illicitum damnaretur, ab Innocentio III summo Pontifice dispensatio impetrata, indulget quidem, sed sub indicatione conditis tamen monasteriorum in expiationem noxæ. Primum fuit fratrum de Espallo ordinis Vallis Cantuariæ (non scholaribus, ut ponit Molinus) de quo ordine diximus in domo Lovigniaci, sexto fere lapide a Dongiaco superstructum; Alterum de Bosco Fardelli ordinis Cisterciensis (aliis grandimontensium).

## Chartreuse de Bellary

Bâtie en 1209 pour copier la faute qu'avait faite le comte Blève en épousant Mahault de Courtenay sa parente à un degré prohibé, cette Chartreuse fut ravagée en 1438, pendant la guerre de cent ans et en 1558 et 1568, par les Protestants de la charité qui y mirent le feu: la plupart des religieux s'étaient retirés à Donzy et de là dans la ville de Nevers. Ils revinrent chez eux en 1578, et furent de nouveau dépouillés par les roistes en 1584. Malgré tous ces désastres, le prieuré valait encore quatre mille livres de rente en 1640. — Voyez le nom de quelques prieurs dans l' Histoire de la Chartreuse d'Apponay, par M. Q. Durivier. — La Chartreuse de Bellary est presque entière: l'église qui n'a qu'une nef sans chapelles ni bas-côtés, est du XII<sup>e</sup> au XIII<sup>e</sup> siècle et sert encore au culte. L'apside a été détruite. Les cellules des religieux étaient symétriquement disposées sur le jardin qui était derrière le chœur, elles se composaient chacune d'un atelier de travail, d'une chambre à coucher, d'un cabinet d'étude, et avaient un petit jardin.


Certum, haec nostra Domus, in quam intronissus est monachorum conventus sub Venerabili P. Stephano Protapione sanctitatis et virtutum gloria per celebri anno 1209, 15 Calendas Julii, ut liquet ex instrumentis fundationis, quod nunc perit, cujus meminit auctor Anonymus ex primis hujus Domus profectis, in msta historia sive chronico hujus castri sive, quod intergrans inferius dabimus.

Anno 1218 idem Hervens hanc fundationem, aliquot auxit-donationibus, quarum instrumentum est hujusmodi tenoris:

1218. — « Ego Hervens Comes Nivernensis omnibus ad quos presentes litterae pervenerint salutem in Domino. Notum facimus presentibus et futuris quod concessimus dilectis nostris Cartusiensibus de Bellary unum aspectum, nemoris circumquaque domum monachorum, illius Domus, et unum aspectum inter duas domos, fratrum videlicet et monachorum; et decem aspecta terrae de Garchiaco ad plantandam vineam, libere et pacifice in perpetuum possidenda, quod ut ratum habeatur, sigilli nostri munimine praecipimus roborari. Anno Incarnati Verbi 1218. — »

Coetarum Hervens noster Hervici filius, et Gualfredi nepos, non filius (ut habet Coquilleus) multis bellis clarus, reversus de terra sancta, ad quam non semel perrexerat, venens interivit anno 1222, apud S. Ananiam, in Biturigibus, ubi et primum corpus ejus humatum, exinde ad Pontificensem Abbatiam delatum fuit: quo loci supra omnia testamenti tabulis suam delatam sepulturam. Monachi tamen de Epiallo assererant corpus ejus, vel saltem partem, quae quaedam, ut esset fieri, ante majus altare Ecclesiae hae sepultum fuisse; quod a majoribus huius accepisse dicunt, siquidem eadem Ecclesia uti et castria Belliarii anno 1562 ab haereticis sacri-Coesaris, aliisque perniculibus incensa fuit et penitus desolata, unde injuria temporis formicibus Ecclesiae decidentibus, ipsius sepulturae locus rudibus mure et sentibus oppletus est, ita ut nulla ejusdem ibi supersint vestigia. Hujus Hervoci auctor coequetur in chronico Mti Martini Lironensis Mss. qui eum vocat arcum justitiae inflexibilem, continuamque hostium tempestatem, sed majori adhuc cum laude de eo loquitur Vincentius Bebraeus (Specul. histor. lib. 3) cap. 123): « Nec multo post, inquit, Hervens de Gromis Comes Nivernensis, vir magnanimus, Ecclesiastica jura conservans, proceperat haereticorum persecutor, hostium superator, fidelis vas illius justitiae: cujus etiam magnanimitate invident Barones Franciae, apud S. Anestum in Bituria castrum suum moritur: ibique in quindena Dominicos Ascensionis


tum ulat



triumphatur. Tunc Abbat Pontiniacensi cum septem Abbatibus, pluribusque monachis  
et aliis multis venientibus ut corpus ejus secum portarent: fere a minutis populis  
lapidantur. Demum tamen idem corpus apud Pontiniacum, transfertur. — Haec Belva-  
-centis —

Mortuo Herico Mathildis ejus vidua eodem ipso anno has in favorem Domus  
Bellilarii a se fundatae scripsit litteras, quibus non solum, fundationem, confirmat,  
sed et nova addit beneficia ut sequitur: —

1222. — Ego Mathildis Comitissa Bivernensis Notum facimus presentibus et  
futuris quod charissimus maritus noster bonae memoriae Hericus Comes Bivernensis  
de consensu nostro dedit et concessit fratribus Certusienis Ordinis locum qui dicitur villa  
salvagiurus, terras, prata et omnes tenementas quas habebant homines qui ibi manere  
solebant. Nos vero praedictam Donationem, ratam et firmam, habentes donamus et  
concedimus eidem fratribus pro remedio anime nostrae et praedecessorum nostrorum,  
partem quam habuimus in terris [Guillelmi Pertusel, campum, donatum, terram de  
la Croise de Bellilario, terram quae fuit Constanti hundi, duas campos super grandis  
fontem, partem quam habemus in campo de la mardelle et campum de Pruneto,  
campum subter Mannium, campum colimine, terram des Besses, partem quam  
habemus in campo Vallis Girardi campo Boyardi, pratum etiam subter Manprayum,  
quod vocatur Braellum, et partem quam habemus in prato juxta castrum novum,  
quod similiter vocatur Braellum, libere et quiete in perpetuum possidenda.] Concedi-  
-mus etiam eidem fratribus et ipsi et servientes animalia, pecora, quadrupes et quatuor-  
-corum, per totam terram nostram, ab omni pedagio, thalono, coveris et charris  
sint immunes. Donamus etiam eidem, pasturas ad opus omnium bestiarum suarum,  
ubique [in castellania castri novi.] concedentes etiam, ut acquirere valeant quocumque  
voluerint et poterint infra suas metas. Ita forsitan ipsi vel servientes vel canes  
ipsorum, ceperint vel occiderint casu fortuito feras in nemoribus nostris vel in terris  
de foris factas ipsos in pace volumus remanere. [Ita tamen, quod ipse qui feras cepe-  
-rit vel occiderit, Proposito castri novi ex parte nostra vel nobismetipsis eadem reddere  
teneantur.] Proterea volumus et concedimus quod quicquid Dominus Comes supra dic-  
-tus eidem fratribus dedit, et quicquid eidem, dedimus, et quicquid acquirere, vel de  
-cetero




coetero acquisierint libere teneantur et quiete. Ut autem predictae donationes et concessio-  
-nes rata et firmae futuris temporibus habeantur; et ne possint ab aliquo haeredum  
nostrorum, seu quolibet alio revocari de coetero vel infringi, nostrum sigillum, | presentibus  
litteris apponi fecimus in testimonium, et munimen. Actum apud Clamiciacum, anno Domini  
1222, mense octobri. —»

Est aut et aliae litterae ejusdem, de abbatis subsequenti tenore:

1225. — Matildis Comitissa Pivernensis Praepositis castrovis salutem. Mandamus vobis  
et precipimus quatenus bonis hominibus Bellilarii domus pasturam ad opus bestiarum  
marum, sicut eam habere debent in tota foresta Bellilarii, permittatis habere, non ob-  
-stante hoc quod praesentia modo est in nemoribus nostris. Et si quis se opponeret, ipsos  
super hoc defendatis. Actum apud Drungum anno 1225, mense septembri. —»


Anno sequenti eadem, de abbatis viduitatis suae pertinet, ad secundas ex dicit nuptias  
cum Guidone (alio Guigone) comite de Forest, qui cum ea sequentes litteras in favorem hujus  
domus dedit:

1230. — Ego Guido Comes et Ego de abbatis uxor ejus comitissa Pivernensis et Forestis  
universis praesentibus praeiter et futuris ad quas praesentes litterae pervenerint, notum fieri  
volumus quod cum ego comitissa et bone memorise quondam, vir meus Hericus Comes in  
proprio fundo construxisset domum Bellilarii de Bellilario Cartusienis Ordinis: eorum  
domus minus provisum fuit ab initio in nemoribus quae circumiacent domum ipsam  
unde praesentes ibi Domino servientes, tum ab emptoribus nemorum ipsorum, quae circa sunt,  
frequenter multas molestias sustinebant, tum de porcis, quando erant in pasnagio,  
tum de carbonariis, quorum sumus cellas monachorum, quandoque implebat, non sine  
multa eorum molestia, tum in pluribus aliis. [futurum etiam erat, quod si nemora nostra  
circa domum redigerentur ad plenum, domus illa quae non habebat circa se plusquam  
unum aspectum nemoris circumquaque dimissum: contra formam aliorum domorum  
ejusdem ordinis (quae sitae sunt in secretioribus sylvarum, abditae et solitudinis memo-  
-rosae longe ab accessibus hominum) quae in planitie remaneret, nec haberet situm  
congruum ordini praedicto.] Ea ratione permotus Ego h. Comes et Ego comitissa, ut supplere-  
-mus quod minus factum est in iam dictae domus prima fundatione, et eidem providere  
-mus circa hunc articulum, in futurum; pia liberalitate, divina intuitu, ob remedium  
animarum



animarum nostrarum, eidem domui et fratribus ibidem Domino servientibus donamus  
et concedimus in perpetuum partem illam nemoris circa domum eandem, usque ad do-  
mum<sup>patrum</sup> inferiorem, libere et pacifice deinceps possidendam, eis que modis omnibus profuturam,  
quam determinat via que est supra fontem nigrum, procedens ex una parte ad campum  
Petra via; et ex altera ad viam que tendit de grandi prato ad cellas monachorum,] in  
corporalem, eos possessionem ejusdem nemoris inducentes. Et ut hoc nostra donatio et  
concessio futuris non debeat temporibus irritari, eam presentem instrumento et sigillorum  
nostrorum, patrociniis communissimis. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo.


Eodem tempore idem Guigo et Mathildis in favorem Domus Vallis s<sup>te</sup> Georgii scribunt  
Diplomata. — In chartophylacio ejusdem Domus (Bollery) habentur et alise dictorum Comi-  
tum littere, quibus curtusianos indemnes reddunt de quibusdam juribus, ad quos dicta  
Mathildis et Henricus prior illius conjux se obtinuerant profundatione hujus domus, in  
quorum jurium recompensationem, concedunt alia bona in sequentibus literis contenta:  
1230. — Ego Mathildis Comitissa Nivernensis et Forensis Notum facio universis pre-  
sentibus pariter et futuris ad quas presentes littere pervenerint, quod cum ego et maritus  
meus quondam Henricus Comes bone memorie terras quas Domus religiose de Bellila-  
rico curtusienis ordinis in prima sua fundatione contulimus, a proestatione decimarum,  
quas ipsi habebant, facere decerissemus immunes; tandem cum id facile non esset, ut  
sincere et secundum Deum faceremus, Ego et charissimus Dominus et maritus Guigo qui  
nunc est Nivernensis Comes, prius et Forensis, in recompensatione dictarum decimarum,  
assignavimus donari ipsis sex sextarios avenae, et in blado foessagi, et in aliis bladis  
nostris de Castellania Castellu novi. Verumtamen cum redditum bladi predictum fratres domus  
profectae sine difficultate et molestia habere non possent; nos eorum profectui providere cupientes  
et quieti, ad petitionem et instantiam dilecti viri Giraldi Prioris ejusdem, in escambium illius  
reditus concessimus fratribus supradictis de Bellilarico in perpetuum quicquid habebamus  
sive in campi parte, sive in decima de Cothion, sive retentione aliqua in perpetuum possiden-  
-dum; et quoniam plus valebat quod illi habebamus, quam quod debebamus eidem, quicquid  
est ultra valorem bladi quod eis debebamus, in elemosinam, ipsi concessimus perpetuam,  
ob remedium animarum, nostrarum, et antecessorum nostrorum. Quod ut ratum maneat  
futuris temporibus et inconcessum, impostum, habebatur, presentem paginam, sigillorum  
nostrorum,



nostorum munimine fecimus roborari. Actum anno 1230. »

Idem anno 1236 octoginta tria nemoris et agrorum arpenta concedunt ut patet ex  
subiecto instrumento:

1236. — Ego Guigo Comes Nivernensis et Forensis, et Ego Mathildis Comitissa uxor eius  
Natum, facimus tam presentibus quam futuris quod Ego Comitissa tempore viduitatis mee  
fratribus Bellilariici Ordinis Cantuariensis dedi pro remedio anime mee et Hervoi quondam  
bonee memorie Domini et mariti mei quondam comitis Nivernensis pro anniversariis nostris  
in sua ecclesia annuatim in perpetuum celebrandis decem libras redditus censualis monete  
in censo marchie annuatim in perpetuum percipiendas. Postea vero quia dictis fratribus gra-  
ve et periculosum videbatur pro habendis jam dictis decem libris annis singulis laborare,  
quorum propositum est secundum Ordinis Cantuariensis institutionem quieti et silentio vacare, et  
quia multam nemoris et agrorum penuriam sustinebant ad petitionem eorum Nos dictus  
Comes et Comitissa dedimus et concessimus eisdem fratribus octoginta tria nemoris et agro-  
rum arpenta pro supra dictis decem libris redditus, quorum siquidem nemoris arpentorum septu-  
aginta quatuor eorum nemori sunt contigua, et incipiunt a mineria quae vocatur <sup>vestra</sup>  
vicem quae vocatur de nigro fonte et tendit ad conogiam ad vicem quae vocatur de stons, et de carrogis  
tendit ad pectorem Bellilariici usque ad pagum signatum quae distat a carrogis quatuor cordis  
et dimidia; et ab ipsa pago tendit ad campum Agromon qui ad dictas fratres pertinet. Novam  
vero alia terrarum arpenta eis assignavimus apud stons inter terras eorundem fratrum. Nos  
dedimus et concessimus supra dictis fratribus quadraginta quinque <sup>arpenta</sup> ~~arpenta~~ plana terre quae  
sita est inter nemus <sup>fratris</sup> Boerii et nemus Bellilariici pro re compensatione decimae  
quarundem terrarum quas eisdem dederamus in territorio de Namay et castri novi. Fra-  
tres vero supra dicti Nos heredes et successores nostros propter hoc de dicta decima  
quiterunt in perpetuum. Rogamus siquidem venerabilem Patrem Episcopum Antistia-  
Dorandis Uelis qui modo praesens et pro tempore erit, ut sententias excommunicationis  
in nos et heredes et successores nostros, et interdicti in terras nostras ponat, si contra  
donum istud ullomodo ire aliquatenus attentemus, nec ipsas relaxet donec dictae  
ecclesiae de dicta elemosyna ad plenum fuerit satisfactum, quod ut ratum permaneat  
praesentes literas fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum anno  
1236, mense februario, die veneris post cathedram <sup>fratris</sup> ~~fratris~~ »



In Annalib. lib. 22 et lib. 24 hist.: In profecto Guidone sive Guigone, qui obiit anno 1262, nullas genuit liberos Mathildis, quae adhuc postea diu in viduitate perseveravit, nam vis et at hinc anno 1253 apud Clameliacum, tandemque in dote habita monialis in Abbacia Fontis euvaldi, id idem diem, extrinsecus claudit 12 Decembris, quo vero anno ignoratur.

In Herwaco et Mathilde nata est Agnes filia unica nupta Guidoni de Chastillon, comite S<sup>t</sup>i Pauli, ex quo procreavit duos liberos Gaucherum, qui obiit sine liberis, et Tolandam. Haec ex Archambaldo Domino de Boronio duas genuit filias: Mathildem, a Boronio uxorem Odonis a Burgundia filie primogeniti Hugonis IV Ducis Burgundiae; et Annam, sive Agnetem, nuptam Joanni a Burgundia fratri proelato Odonis natu minori. Mathildis a Boronio post mortem Mathildis fundatrix Belliharici fuit comitissa Nivernensis, et post eam Tolanda ejus filia primogenita nupta primo Guisanno filio S<sup>t</sup>i Ludovici Regis, secundo Roberto 3<sup>o</sup> comite Flandriae a quo suscepit Ludovicum comitem Nivernensem, mortuum antepatrem, relicto filio Ludovico dicto de Crey comite Flandriae et Nivernensi; cui successit Ludovicus ultimus comes Flandriae Pater Margaritae haeredit Comitatum Flandriae et Nivernensis etc. ... uxoris Philippi Audacis Ducis Burgundiae. —


### De primis Benefactoribus domus Belliharici. —

Domini de Montefalconis in chronico dicuntur proecipui benefactores habendi: post fundatores domus. vide infra in dicto chronico.

Guido de Monteperron dedit quicquid possidebat apud locum dictum, Ledignou ut patet ex literis sequentibus ab Episcopo Antissiodorensi:

1220. — « Guillelmus Dei gratia et sedis Apostolicae auctoritate Antissiodorensis Episcopus. Omnibus presentes literas inspecturis, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod Guido de Monte-Perron, in nostra praesentia constitutus, confessus est se dedisse Ecclesiae de Belliharico quicquid ipse habebat apud Lignou in remedium anime suae, et ut hoc ratum imposterum, haberetur ad instantiam praedicti Guidonis praesentes literas facimus sigillari. Actum anno 1220. »


Cracius Abbas S<sup>t</sup>i Laurentii prope Comadam, cum toto conventu suo dedit omnes decimas majores et parvas, quas habebant in parrochia de V<sup>o</sup> infra terminos hujus centusiae. Instrumentum hujus donationis est sequentis tenoris:



1225. — Universis in Christo fidelibus present et literas inspecturis Gaius dictus Abbas  
et universus St. Laurentii de Abbata conventus, eternam in Domino salutem, cum omnia  
Christi membra non solum quae in caelis inseparabiliter in corruptibiliterque Deo adherent,  
venerari, verum et quae in terris posita militant, diligere debeamus, quatenus ejus mem-  
bra cupimus numerari, eos procipua dilectione complectimur, qui se ei noscentur famulati-  
procipuo subiecisse. Unde est quod omnibus presentibus et futuris notam fieri volumus, quod  
nos Religiosos in Christo patres de Belliarico Catusiensis ordinis habentes procipue in Christi  
visceribus commendatos, qui Christum pauperum, imitando primum ei exhibent famulatum,  
eorum necessitatibus de communi assensu et voluntate unanimi decrevimus subvenire.  
his igitur quicquid habebamus in decimis minutis sive majoribus in parochia de Vif  
infra terminos eorum, videlicet in territoriis de Aueins, de Leontibus et de Castellione,  
tam in blado quam in vino, sive in quibuscumque aliis quae ad decimas pertinent et quae  
restitutione aliqua divino intuitu in perpetuam elemosynam concessimus et donavimus  
quicquid juris habebamus ibidem, et dilectum in Domino Giraldum Priorem ejusdem loci  
publice in capitulo nostro investivimus, presente et approbante et ad unanimum petiti-  
onem nostram donationem istam confirmante Vener. Patre nostro Henrico Antissiodo-  
rensi Episcopo, qui concessit, ut rata et illibata permaneat in perpetuum, presentem char-  
tam notari fecimus, et sigillorum nostrorum maxime roborari, et insuper eundem Dominum  
nostrum Episcopum, rogamus ut super hoc eis suae literas confirmationis concedat. Actum  
publice in generali capitulo nostro, die sexta augusti anno Domini 1225. »

Henrici Episcopi Antissiodorensis confirmatio talis est tenoris:

1225. — « Henricus Dei gratia et les Apostolicae auctoritate Antissiodorensis Episcopus  
omnibus presentes literas inspecturis in Domino salutem, Notam fieri volumus quod dilecti  
fili Gaius Abbas et universus conventus St. Laurentii de Abbata divino motu intuitu nobis  
presentibus et approbantibus, dederunt et concesserunt in perpetuam elemosynam, fratribus  
de Belliarico Diocesis nostrae Catusiensis ordinis quicquid habebant juris in minutis decimis  
sive majoribus tam in blado quam in vino, sive in quibuscumque aliis ad decimas pertin-  
entibus in parochia de Vif infra terminos eorum, videlicet in territoriis Aueins, de Leontibus  
et de Castellione et per nos nostram dilectum filium Giraldum Priorem domus Belliarici  
investiverunt, quorum petitionem, donationem, et concessionem istam confirmavimus et confir-  
mamus



manus, et presentis scripti patris omnis communimus. Ad eam publice in festo s<sup>cti</sup> Laurentii anno 1225.  
Ut autem nihil ad prefatæ Donationis firmitatem, deest et summi Pontificis approbationem, obti-  
nerunt sub sequenti formâ:

1227. — Gregorius Dei gratia Episcopus servus servorum Dei dilectis filiis Priori et Fratibus  
de Bellitrico Cantuariensis Ordinis salutem, et Apostolicam Benedictionem. Justis petentium Desideriis  
justum est nos favorem præbere consentum, et vota quæ a rationis tramite non discordant, effectum  
implere. Cum ergo dilecti filii Abbas et universus conventus s<sup>cti</sup> Laurentii de Abbatiâ quicquid  
habebant olim in Decimis minutis sive majoribus in parochiâ de Vifham in Wiltshire, in  
vicis sive in quibus unquam aliis ad Decimas pertinentibus vobis in perpetuum elemosynam  
concesserunt et donaverunt intacte firmitatis, sicut eorum patentes literæ manifestant. Nos  
vestris justis precibus inclinati Donationem istam, auctoritate Apostolicâ roborantes, Decimas  
ipsas sicut eas juste et pacificè obtinistis, et in literis ipsius plenius continetur, vobis et per vos  
domini vestre auctoritate Apostolicâ confirmamus, et presentis scripti patris omnis communi-  
vimus. Nulli ergo omnino hominum etc. si quis autem etc. Datum octavo die novem-  
bris, Pontificatus nostri anno primo. Anno Christi 1227. »

Henricus de Villeneuve Episcopus prefatus Antissiodorensis Decimas novalias con-  
cedit anno 1231, dato sequenti Diplomate:

1231. — Henricus <sup>in ead. h. d. omni. char. de Villeneuve</sup> Dei gratia Antissiodorensis Episcopus omnibus pre-  
sentialibus et futuris presentes literas inspecturis in perpetuum. Inter eos qui sub regulari  
disciplina Domini famulantur, amore zelamus precipue eos qui Divino servitio sese  
arcibus manipularunt; unde Cantuariensis Ordinem, et illos qui sub ejus Ordinis disciplina  
Deo militant, potissimum amplexantes in visceribus Jesu Christi, maxime pauperum,  
domum Belliloci de Bellitrico in nostra diocesi constitutam, fratres ibidem in Domino  
servientes ipsos favore specialiter et tueri cupimus, et pro ut possimus eis utilia pro-  
videre. Inde est quod Divino motu intuitu fratris Girardi Priori et fratribus in domo pre-  
dicta Deo servientibus et impostorum servitibus, auctoritate Diocesanae Sedis, cui licet  
immerito præsidemus, Decimas novalias, quarum quæ in presenti possidentur et quæ  
in futurum de nemoribus suis infra terminos suos contigerint extirpari, benigna liberali-  
tate concedimus et assignamus in perpetuum pacificè possidendas. Ut autem nostre  
concessionis et assignationis firmitas nulli debeat temporibus revocari, cum presentis  
scripti



scripti testimonio et sigilli nostri patrocinio munivimus. Actum anno 1231. »

Gaufridus De Burliaco quasdam decimas vini largitus anno 1231, cujus donationis hae sunt literae:


1231. — Ego Gaufridus de Burliaco Marescallus Nivernensis, Notum facio universis tam praesentibus quam futuris quod ego pro remedio animae meae et antecessorum meorum, dedi in perpetuam et puram elemosynam, et concessi Deo et fratribus Bellitariici Cartusienensis ordinis decimam vini in decem arpentis terrae insimul sitis in campo qui vocatur campus a Lassaree ab ipsis fratribus imperpetuum pacifice possidendam, Hanc autem donationem, laudavit et concessit Adelina exor mea non coacta sed sua spontanea voluntate, quod ut ratum sit et firmum, praesentes literas feci sigilli nostri maxime roborari. Actum anno Domini 1231. »

Idem quinquem post totam decimam, concessit sub his literis:

1236. — Ego Gaufridus de Burliaco Nivernensis Marescallus universis tam praesentibus quam futuris Notum facio quod pro remedio animae meae et antecessorum meorum dedi in perpetuam elemosynam, et concessi fratribus de Bellitariico Ordinis Cartusienensis totam decimam vineae, quae vinea vocatur de la Harcée, et est in parochia de Nannayo ab ipsis fratribus imperpetuum pacifice possidendam. Hanc autem donationem, laudaverunt et concesserunt Adelina uxor mea, et Joannes et Gaufridus filii nostri, Elizabeth et Maria filiae nostrae, non coacti sed sua spontanea voluntate. Quod ut ratum, et firmum perseveret, sigilli mei sui praesentes literas maxime roborari. Actum anno Domini 1236. »

Joannes de Castro novo quasdam terras et decimas, aliisque censibus, ea conditione ut singulis diebus dominicis quoadiu viveret, duas panes conventuales acciperet, sicut cavetur in Diplomate Guidonis et Mathildis Comitum Nivernensium, in quorum praesentia hujusmodi donatio facta est:

1232. — Ego Guigo Comes et ego Mathildis uxor eius Comitissa Nivernensis et Forensis omnibus praesentes literas inspecturis Notum fieri volumus quod dilectus et fidelis noster Joannes de Castro novo recognovit coram nobis se dedisse Domini et fratribus Bellitariici Ordinis Cartusienensis in perpetuam elemosynam pro remedio animae suae et antecessorum suorum quinque solidos census tribus denariis minus, quos



quos predicti fratres eidem Joanni debeant in feodo <sup>Sti</sup> Remigii de terris quas accen-  
-saverat eis ante grangiam ipsorum de Chamboyard, et terras quas habebat in Vaupro-  
-fond, et totam decimam quam habebat apud Mons. Dicit vero fratres affectioni illius  
benigniter attendentes concesserunt illi duos panes consuetuales quos annua vixerit,  
singulis diebus Dominicis percipiendos in supradicta grangia de Chamboyard, ita quod  
post decessum ejusdem uxori vel heredibus illius predicti fratres super hoc in aliquo  
non tenebantur. Nos autem predictam donationem gratam habentes et acceptam, ad  
preces utriusque partis preces literas fecimus in testimonium veritatis sigillorum  
nostrorum munimine roborari. Actum anno Domini 1232. — 55

Odo a Burgundia Comes Nivernensis ex parte uxoris Mathildis et eius successores  
Comites Nivernenses bona hujus domus jure caduci absolverunt, seu, ut vulgo loquuntur,  
amortizaverunt; quod et postea fecerunt Reges Francie de bonis extra comitatum, sitis.

Carolus Pulcher Rex Francie multa bona jure caduci liberat, <sup>to.</sup> datis anno 1326 sequenti <sup>Diplomate.</sup>  
1326. — Carolus Dei gratia Francie Rex, Notum facimus tam presentibus quam futuris quod  
omnium gentes nostrae, pro finantibus a quatuordecim personis ecclesiasticis et triginta annis  
citra factorum, levandis in Bituricensibus baillivis, deputatis nomine nostro petierunt, et pro rebus  
subscriptis exigent a Religiosis universis nobis in Christo dilectis Priore et conventu monasterii  
sive domus de Bellilario Cartusienis ordinis quadraginta sex libras et quatuor solidos buronenses  
pro finantibus reddituum ipsarum quas dicti Religiosi adquisierant videlicet pro duabus medietariis  
sitis in territorio de Aueins, quarum una fuit Thuguelini de Comella, et alia fuit Milette de Pruneto.  
Item pro una petia terre sita retro post Pratum longum; pro una alia petia terre sita iuxta  
pratum longum; pro duabus petiis vineae sitis in dicto territorio de Aueins; sex denariis annui ~~centus~~  
centus supra unum pratum situm, apud veterem, regulariam; pro tribus petiis terre sitis in Castellania  
Castri novi; pro una petia terre sita apud Vadum de Guindine. Item pro eis quas Petrus de Champli-  
my habebat apud Monted. Item pro triginta sex denariis annui centus sitis in dicta Castellania; pro  
duabus petiis terre sita <sup>sitis</sup> intra ipsum locum de Castrum novo et Aueins. Item pro quadam deserto vineae  
sitis in costa de Aueins. Item pro quadam vinea sita ibidem; Item pro duobus sextariis avenae ad man-  
-suram Castrum novi sitis supra molendinum, et pratum, de Priens; pro quinque solidis annui redditus  
sitis supra centus quas heredes Grandille habent apud Castrum novum; pro una alia petia vineae  
sita in dicta costa de Aueins; pro una petia terre appellatae terre du Poiz; pro una petia <sup>sitis</sup>

ro.  
us

o

es

ti  
te  
o

bus

ti

es

ris

onia

li

tro

e

non

s

ae

i

ita juxta bosum, Domini de Garchiac qui fuit Ferrini de Chauveis: et pro quibusdam aliis a dicto tempore  
ita ut preemittatur acquisitis predictorum religiosorum, tibi supra predictis gratiam fieri specialem,  
petentium supplicationibus eidem inclinatis, ad quorum ordinem, precipuum devotionis affectum gerimus,  
et bonorum, quae in ipso ordine fiunt, de cetero nos et de amissima consors nostra simul participes tam pro  
nostro animam quam predecessorum nostrorum animarum remedio et salute predictam pecunie summas,  
penitus remittentes volumus et concedimus quod predicti religiosi ac successores sui predictas res teneant  
et possideant in futurum, absque coactione vendendi, vel extra manum suam ponendi, et absque preestati-  
-one finantiae cujusvis unquam, salvo tamen in aliis jure, et in omnibus quolibet alienis. Quod ut ca-  
-tius et stabile perseveret fecimus nostrum proceribus apponi sigillum. Actum apud Castrum Theodosii, an-  
-no 1326, in octobri. —>

Philippus Valens Rex Francie anno 1346 concedit licentiam, acquirendi usque ad summam, triginta  
librarum Parisiensium, sine solutione illius seris.

Herbertus Decanus Antisiodorensis obiit — calend. Augusti anno 1259 jacet apud Carthusianos Belli-  
-larici quos difficillimis temporibus facultatibus suis foverat. In Gallia Christiana Bonmartini —

Berundis mulier religionis studiosissima fratres hujus Domus propter ejus penuriam, sub initium  
fundationis mendicantes hospitio dignabatur, amplissimis elemosynis fovebat, et pro ipsa ipsa  
libentissime necessaria ab amicis conogabat; de eaplura occurrent in historia jam citata,  
quae ante quadringentos annos ab Anonymo monacho hujus Domus professa scripta sunt, in qua  
auctor, postquam quaedam de fundatione et origine ejus proclibuit, liberius orationem suam  
diffendit in enarrandis virtutibus quibus primi monachi sub regimine duodecim priorum  
suorum, magis enituerunt. Hanc autem historiam, non solum propter antiquitatem, sed  
quia in ea multa occurrunt quae ad profectum aliorum, facere possunt, integram prout ha-  
-betur in veteri manuscripto, subjicimus:

Henricus Le Relif benefactor hujus D<sup>i</sup> obiit ex ch. . . . . 1494.  
Domina Ludovica Desbaras<sup>na</sup> benefactor hujus D<sup>i</sup> obiit ex ch. . . . . 1514.


(Hactenus D. Le Coutrou in notitia)



Historia Cartusie Bellilariensis  
Ab anno foundationis usque ad annum (scilicet) 1260.  
Auctore coevo, Anonymo monacho professo ejusdem.

Ad laudem Dei omnipotentis et gloriam atque honorem gloriose ejusdem Dei genitricis  
Virginis Marie et omnium sanctorum, et ad corroborandam <sup>fidei</sup> et caritatem tam futurorum,  
quam presentium, eorum maxime qui nostri sunt propositi, devotionem, scribere dignum duximus  
quomodo, vel qua ratione Domus Bellilariensis seu Bellilari in bellilario Cartusienis ordi-  
nis primarium ab ipso fundamentis habuerit exordium, et precipue ea quae per servos suos et  
in servis suis ibidem, in christi servitio pie commorantibus divina potentia dignata est mira-  
biliter operari. Ad hoc nos excitat illa vox evangelica quae videlicet facta refectione quinque  
millium hominum, de quinque panibus ordeaceis in deserto et duobus piscibus Dominus jussit  
fragmenta colligi ne perirent. Illud etiam quam maxime formidantur, ne si micas de mensa  
Domini deciderint minime colligerimus, tanquam pigros et negligentes apud justum Iudicem  
nostra nos taciturnitas condemnasset.

Cap. 1. Cum etiam scriptum sit quod non propter locum gentem, sed propter gentem locum Dominus ele-  
gerit. Imprimis tamen paulisper considerare libet quam etiam decore nomine locum nostrum, ab  
antiquo Dominus voluerit illustrari. Dicitur enim locus noster Bellus locus et Bellus larius. Laricus  
quippe quasi custos Laris dicitur domus seu cellae intelligi potest. Quia videlicet viri sancti qui in  
eodem loco sicut passer solitarius in lecto cellas suas in timore Domini custodientes ad amorem  
Divinitatis excreverint, de cella ad coelum, sicut vir venerabilis ac sanctitatis principis Stepha-  
nus primus Prior in morte sua prophetali spiritu repletus praedixit, exuta corporis sarcina ad  
regnum superius evolabunt. Unde cum quidam senex, sicut in vitis Patrum legitur, interrogatus  
a quodam patre quid agere deberet, quod nulla opera monachi faceret, respondit, tu sede in  
cella tua et quod potes fac sine perturbatione animae, et confide in Deo, quia qui sedet in cella  
sua propter Dominum, immo erit etiam in loco illo ubi est abbas Antonius. Rursus Laricus sine Larri-  
cus in ipso sui nominis sono, delectationem, vel amoenitatem loci vulgarijter exprimit, thuc  
et vocabulo ad commendationem loci adjectivus competens scilicet bellus decenter ac strenue  
copulatur. Unde bellus locus, seu bellus Laricus pulcher locus delectabilis locus sine pulchra am-  
oenitas potest non immerito appellari. Quod nos quoque quantum sit delectabilis in quibusdam  
vires.



viris sanctis dicimus et admiramus, ut cum ad / Ernestum grandæque vel ad eum hinc  
cellulose flexis genibus omnipotentem Dominum precarentur, Intrastram etiam sibi loci istius  
atque amoenitatem contemplant, ut quamvis per plurimos annos ibidem Christo sedulum exhibuissent,  
servitium præsumptentes et non respicientes ad ea quæ retro sunt, sed in anteriora se exten-  
dentes ut potest ex repentina mutatione Exterioris Cæli in amorem sui conditoris alacri-  
ores et reverentiores effecti immensas illi gratiarum actiones referrent, pro eo quod eos a  
turbulenta seculari strepitu conversatione misericorditer liberatos quasi in loco pacis  
suavis et dulciter collocasset, Itaque sive ad spiritualis gratiæ Delectationem, sive ad  
loci nostri amoenitatem pertinere credimus, veraciter protestamur et alios quidem viros  
religione dignos propriis vidisse oculis, qui in emendandis seu in scribendis libris tantam  
curam, tantam diligentiam, tamque magnam, et quasi infatigabile studium impenderent, ut  
cum respectivo tempore sol ad occasum vergeret, mallet potius quod in ortu hinc lucis radius  
inchoasset. Hinc ergo facile nobis datur intelligi quantum Devotis et propropteritis legere cu-  
pientibus Cuiusmodi opportunitas et solitudo prodest, his videlicet qui relicta hinc cum suis leppien-  
tibus oculis præ amoris magnitudine et fervore spiritus castissimis gratiosæ Racheleis amplexi-  
bus delectantur delectari. Unde beatus Hieronymus personam solitariam prosperens. Salubri  
sententia vociferatur dicens: Oppidum mihi carcer est et solitudo paradus -

### Capitulum 2<sup>um</sup> Qua occasione Domus Bellilariæ exordium sumpsit.


Ipso igitur disponente qui omnia novit antequam fiant et quæ futura sunt fecit, Cum quæ  
in predestinationis suæ providentiâ loci nostri edificationem ante tempora factam, cognove-  
rat, per finitæ ab æterno tempore ad notitiam hominum, eo iudicio, quo ipse noverat, huius-  
modi occasione, ut dicitur, voluit esse faciendam. Post inimicitias itaque et post congrega-  
tiones illarum, quæ facta est anno Domini 1199 iuxta Abbates, P<sup>re</sup> Laurentii, de qua vic-  
toriam obtinuit vir nobilis Hermannus Bongiaci Dominus contra Petrum Comitem Antissio-  
rensem, Post a postmodum inimicitie concordia filiarum ejusdem Comitis illarum, id est, duntaxat  
prefatus nobilis in uxorem, cum quâ etiam Niverneus suscepit obtenta matrimonii Comiti-  
tatem, Tunc cum dictum matrimonium esse illicitum diceretur, eo quod ad invicem quodam  
consanguinitatis gradu pertinere viderentur, impetrata a summo Pontifice, Diffinitione,  
dedit eis in mandatis ut tres Domos religiosorum ( quarum una nostra hæc est, altera Domus  
patrum de Espallo; tertia vero de Bosco ardelli, ad honorem Dei et animarum salutem  
constru-



constituerent, ut ab hujusmodi delicto veniam a Domino consequi mereerentur. Ob hoc igitur missis apud Castusiam, solemnibus ut tantos principes decebat nunciis, cum generale capitulum, hinc tam sancto operi proberet assensum, praemissi sunt duo fratres laici quorum curam et industriam aedificia fierent, in quibus consentes in proximo venturus recipi deberet et ibidem Domino pie et laudabiliter deserviret. Anno itaque Domini 1209 (sic articulo ejusdem, comitis de donatione loci inspectae nobis testificantur) 15<sup>o</sup> Kal. Julii ingressus est conventus eremum Belliarici cum Stephano Fiore suo viro utique sanctissimo, et sicut fasente Domino dicemus in subditis, virtutum gratia sublimiter illustrato, Porro in inferiori Domo tam monachi quam conversi pariter collocati ibidem Divinum officium celebrabant, expectantes donec in superiori loco lectoria, refectorium, et cellae aliquantulae perficerentur: quamvis tunc essent omnia istiusmodi aedificia lignea, parva pariter et angusta.

### Capitulum 3<sup>um</sup> De infestatione Daemonum.

Cum ergo basilica superior a carpentariis fabricaretur, ecce humani generis antiquus hostis videns locum orationis et salutis constitui, et ex adverso malignitatis suae fraudem, destrui deluit et insidit. Nam nocturnis temporibus veniens cum angelis suis apertatis tam terribilibus, ibidem strepitum, et tumultum, incutebat, ac si malleo super ligna validissime percussisset. Unde ipsi artifices vehementer perterriti, qui nimirum, videlicet cum in refectorio, quod jam magna parte fuerat aedificatum, corpora ex diurno labore lassata sopori committere voluissent, pro nimio timore et frequenti daemonum infestatione quiescere non valebant. Quo audito admirantes monachi unus ex ipsis miserant superius, quatenus per loca in quibus phantastica Daemonum illusio saeviebat aquam benedictam, circumiens dispergeret, et etiam gratia consolationis et securitatis cum eis Deus, carpentariis somnum capiens pernoctaret. Et sicut a sanctissimo viro Hermanno id certissime audisse, tandem immani spiritus recedentes caetera parte (non enim!) tanquam equi hinniebant vocetque confusas atque terribiles quasi diversorum animalium emittebant. Quae dicitur (dilectissimi) adversarii nostri astutias, quamvis ubique circumiens quosdam quos devoret, prestimescere non debemus sed magis confidere et sperare, juxta praedicti almographi sententiam, qui de hujusmodi adversariis intonat ait, si consistant adversum me castra non timebit cor meum, si exurgat adversum me proelium, in hoc ego sperabo.




rabo. Non enim est tam saevus, tamque terribilis apparuit nisi omnium nostrum, qui in praesentiarum sumus quantum etiam de futurorum, in hoc loco Christo servientium, salutem cui imidet, fabricari manifestus procedens est.

#### Caput 4<sup>um</sup> De provisione Comitibus et paupertate Domus.

Qua siquidem novitate dum haec agerentur in praefatis nobilibus tanto fervore tantoque affectu circa promotionem nostram quam inceperat Domus antelabatur, ut etiam quasi quaedam iam pulsatis et actantio spiritibus illam totius Ordinis speculum, promitteret se facturum. Sed quia homo subicit proponit et Deus salubriter disponit, qui utique vult omnes homines salvos fieri, voluit ut supra dicto principe atque sancto proposito frigescere sui qui advenerant famuli vel qui venturi fuerant tibi in hoc loco humiliter servituri per aliquantulum, temporis in camino paupertatis expurgati, majoris meriti fructuosiores esse probarentur et fideles quam plurimi de facultatibus suis eorum, inquam, habuerant facilius a Domino misericordiam, mererentur. Unde contigit ut pro nimia victualium et alimentorum egestate, quam tunc fratres voluntarie sustinabant ad villas et castella proxima causa quaeritandi accedere cogerentur, maxime autem castaum sacricos eris per plures annos vindemiarem tempore properantes ad hospitium Dominae Bernundis religiosae videlicet mulieris (Clemens Bohic appellat inclusam, Bivricensem, sed perperam, et archiepiscopus) quae cum viro suo Stephano hospitalitatis operibus devotissima insistebat, humiliter dicebant. Quae profecto sancta mulier fervore devotionis accensa cum fratribus laicis ad singula pressoria audacter et hilariter introiens lagenam deferrebat. Ab uno quidem cythum, ab alio vero pelvim vino plenam, ab altero autem sextarium, secundum quod unus cuiusque voluntas suggererat, aut suppetebat facultas, plus minusve accipiens, donec tandem solium de huiusmodi donis adimplerem, egens fratres transferretur.

#### Caput 5<sup>um</sup> Vita V. Stephani primi Prioris Bellilacensis.

De viro sanctissimo primo Priore Stephano adnunciate Domino Loueturo, ab illa virtute sine qua nihil se esse reputat Apostolus eorum numero dignum duci quatenus videlicet, quantos personarum caritatis in beata paupertate corda fratrum, qui tunc aderant, accendebat, advertimus. Et quam in nobis qui in praesentiarum sumus, ex eorum comparatione, etiam in remota opulencia eadem iam caritas, refrigit, agnoscamus. Et ne cuiquam in dubium venire debeant ea quae de Dei famulo scribere incipiam, ecce ex ore fratris Roberti capimari vici utique bona conscientia et religiosi




et religionis immensoe fere omnia suscipio, quippe qui adhuc super est, et in illo quoque tempore  
coquinarius existeret.

De Mussina racemorum. — Igitur, ut proemis, cum in illa novitate fundationis Domus nostrae  
propter vini inopiam apud Castrum Sacricos aris ad hospitium ancillae Christi Domine videlicet  
Bernardis de qua superius memoriam feci, frater Petrus mittens esset, ut ibidem a fidelibus vin-  
um, misericorditer erogatum, reciperet, misit profecto servo Dei Stephano quasi novum exercitum,  
quod scilicet vulgenter dicitur mussina racemorum, necdum enim, adhuc illo in tempore racemi  
hic intus fuerant apportati, cui cum a dicto coquinario oblata fuisset, vir sanctus cum gaudio  
suscipiens deos ubalatur dicens, benedictus Dominus qui nobis hoc donum tuae benedictionis trans-  
-misit. Cum enim jejuniis et frequentibus abstinentiis nimis excidisset, et aetate jam prolixā  
debilitas illius exercitii beneficio potius indigeret, per privatum tamen amorem, sediligere  
nesciens, sed ea magis quae sunt Dei et Christi adertius quærens, ad fratrem alium, mox transmisit  
dicens, tolle hoc munus culam et defer illud Domno Joanni, qui vicinior existit, ipsi enim magis  
necessarium est quam mihi, et hujusmodi multa beneficiis indiget, ut pote vilitudinarius  
debilis et languens. Quae cum ad eum delata fuisset, ipse similiter propriae senectutis debilita-  
-tem non attendens proximiori socio, qui ut tibi videtur, his opus magis habeat, deferri rogavit,  
sicque factum est ut eadem mussina per cellas singulis monachis presertim ad virum venera-  
-bilium, Stephanum, eam coquinarius integram, reportaret, quod cernens vir beatus in omnipo-  
-tentis Dei laudes et gratias expansis manibus proripit dicens, Nunc o Domine Jesu, nunc vide  
nunc percipio te Dominum, qui totus charitas es in nobis pauperibus servis tuis veraciter  
permanere. In hoc enim, hoc donum, tuae misericordiae securus suscipio. Et ex ipso cum gratia-  
-rum actione quamvis indignus vesci prosumo. Sit nomen tuum benedictum. Sed et nos fratres  
cherrissimi his auditis gratias agamus Deo nostro et in ipso specialiter exultemus, qui in nostris  
quoque temporibus, in hac Domo nostra saluberrimum fraternae charitatis exemplum factum  
fuisse cernimus, quod beato scribente Hieronymo olim in antiquorum vita Patrum, legimus contigisse.

#### Caput 6<sup>m</sup> — De ardore charitatis in corde. —

Porro sicut in altario tabernaculi precipiente Domino, ignis ardor continens lignor-  
-um materia nutrebat, sic in ore cordis istius sancti viri flamma charitatis indifi-  
-ciens exercitio bonorum operum fovetur. Nam quamvis frater Robertus id mihi  
narraverit, fratris tamen Joannis viri venerabilis et indubitae relatione hoc ipsum  
reperimus.



veracius cognovi. Habebat enim quod cum ipse jus enucleus, et hujus Dei famuli curam  
existeret, habebat vir sanctus in consuetudinem, et quando pro expediendis Domus  
nostro negotiis foras equitare cogere, panem et cascum sive in mala, sive in alve  
-olo scellae suae faceret et reponi, quae videlicet pauperibus et egenis obviantibus mise  
-ricorditer largiretur, cum vero jam ex his nihil omnino jendum, superesset ad  
nummorum recurrere subsidium, et olens vir pius indigentem aliquem a se recedere  
vacuum aut immunem, quodam autem die cum domi residentes esset, affuit pauper  
quidam, clericus caligat non habens in tabulis, et huius miseretur, eadem humiliter sup  
-plicabat, quem vir Domini pietatis intuitus oculis, mox ut erat misericordiae visceribus  
effluentissimus exiit se caligat et pedibus suis et eidem clerico tradidit unguenta,  
Ipsa proscus nudatis auribus et tabulis remanente, vidit itaque dulcissimas pietatis  
formidinem, paupertatis cum profecto Domus inopiam, non attendere et nuditatem  
proprianam, non timeret, Verum tunc temporis quis infirmus erat, et ipse non infirma  
-retur? Quis scandalizatus, et ipse non scandalizaretur? Quod nimirum potest veraciter  
exprimi, cum frater quidam, iudicio visitatorum culpis suis exigentibus in remotis  
vallis partibus ad aliam Domum, Ordinis sub disciplina fuisset destinatus, quod cum  
videret Christi famulus prostravit se ad pedes eorum, humiliter misericordiam postulans,  
quatenus eadem fratres parcentes quantascumque vellent poenas infligerent, dummodo  
in domo propria disciplinatus sine periculo remaneret, timebat si quidem, vir Domi  
-no plenus ne portassis filiam, quem in ordine genuerat, aut immoderata cordis tri  
-bita a voto religionis expelleretur, aut ingens laboris et itineris periculis ad proficiendum  
ei quod in unum, et disciplinam nimium deterreret, Visitatores vero imprimis ejus  
precibus nullo modo volentes acquiescere, in sua sententia inflexibiles et rigidi persistebant,  
tunc bene videres sanctum senem, stephanum, illa debilia membra humi coram eis miro  
cordis ardore prostrans, et quotiens repulsus esset, toties prostrando ardentius insistere  
prostrans et affirmans suo spiritu requiem non habere donec illius fratris miserantes eum  
a profectione debita relaxarent, Qui profecto cum sancti viri mirabiles cernerent com  
-passionem, et misericordiam proriter ejus instantiam, pro illius importunitate devoti  
dictam sententiam propterea revocarunt, Et quia, charissimi, audivimus quomodo vis iste  
sanctus in compassione proximi crucem suam intus portavit in corde audiamus nunc  
quatenam



qualiter per afflictionem carnis crucem exterioris gestavit in corpore.


Igitur Georgius vir atque veneranda senectutis et immensoe devotionis mihi multo-  
tociens narravit, quod cum in cella proxima iuxta vicum Dei moraretur, per quatuor  
annorum spatium, antequam migraret ad Dominum iste Dei servus tanto coepit cruciatis  
corpore suum affligere, adeo ut ipse Georgius a cella sua audiret miraretur, eo quod: saepius  
solito hoc acciperet et disciplinas. Diligenti itaque calliditate ab eo pluries requisitus tandem  
confessus est se infra diem et noctem, unam triginta et duas disciplinas continuatim,  
accepisse, quod si ex humane fragilitatis infirmitate somnum capere cogeretur corpus  
fatigatum, vigiliis et attenuatione, jejuniis plerumque in oratorio quasi in lectulo abstante  
cum refoveret. Quem profecto stratum, aut proeteritorum, recidatione peccatorum, contritione  
aut dominice inspirationis consolatione lacrimis dulcibus saepius irrigabat.  
Cum ergo his charismatum donis homo Dei Stephanus coruscaret divina miserante  
nostri providentia talis nobis datus est Pater qui quod per virtutes demonstraret exemplo id  
etiam docens roboraret et verbo. Federat ergo Dominus sermo suo, quem constituit super fa-  
miliam tuam, ut daret ei in tempore tunc mensuram, tantam predicationis gratiam,  
quod nullus deinceps successorum, tuorum sicut factus est asserunt, in sermonis efficacia  
et potentia comparari. In eo namque quod factus est tam affectuose tam studioso adhuc senili  
viri verba memorando recitant profecto per illum, ignitum vehementer habuisse colloqu-  
ium argenteum, sancti salicet spiritus igne examinatum probatum cetero in terra cordis  
humani et multiplicatum septuplum. Cum ergo quocumque a hoc Dei homine Hermannus  
quomodo ita audientium corda sermo illius inflammaret, ut adhuc atque longinquo  
tempore dulces et patribus predicationis eius verba retexere respondit: Vir quippe valde  
spiritualis eo mentes audientium calore verbi factus incendebat, quo et ipse inferius ardore  
charitatis amplius ignescebat. Et fortiter cadebat ideo fortiter incendebat.  
cum pro subleis ut que adhuc videmus micantes scintillas verborum illius de ore et de  
corde florum, tuorum, mirabiliter emanare. Huc autem quanto constantior, quanto  
humilioris vir iste beatus in his sermonibus extiterit, gestae rei sequens declarat exem-  
plum. Iura illustris domina montis falconis ad exhortationem illius non solum ipsa  
verum et multa de cognationis eius progenie, nobiles ab initio, omnes sunt a per eius con-  
tulcrunt et adhuc conferunt beneficia quod post hoc fundatores specialissimi benefactores  
merito.




merito nominentur. Quadam itaque die cum esset Dei famulus ad fratres inferius ecce  
praedicta nobilis ad eum visendum ex devotione advenit. Quocirca sicbat eum virum  
justum, et sanctum multis precibus et elemosynis familiaritatis ejus gratiam ac precum  
harum participationem meruerat obtinere. Legitur post sanctae consolatoris eloquia eum  
jam regredi propararet ex nimio dilectionis affectu hominem Dei intrens ait, veracissime  
scitis mihi tunc hereditissime quod ego longe incomparabiliter vos amplius quam filium  
meum regnandum, (forte est nomen illi) Diligo. Qui viri Domini audacter in conventu respondit  
O foemina insipiens quasi una de stultis mulieribus modo locuta es. Quis enim ego? Vel  
quid ego? Nescis quia ancilla tua panem tuum, confectura prius exagitatione cribri, hinc  
et illinc a purpure farinam segregans, seorsum in parte florem, similce reponit? Sic  
profecto de me vilissimo pulvere debes perpendere. Ego sane in ventilabro rerum transeun-  
tium, positus hinc inde concitior et illior assidue. Cum illic superius sancti viri in  
cellis sepositi et inclusi jejuniis et orationibus ac vigiliis vacantes, quem admodum unicuique  
misericors Dominus largitur, coelestia libere ac delectabiliter contemplantur, illos ergo  
Dilige, illos ama, illos venerare et lauda, ad illas spem et fiduciam tuam diligenter  
jecta. Hinc ergo colligite, fratres, quanta virtute humilitatis et constantiae iste Dei  
servus regulis erit, qui nequidem ad momentum adulationis vitio videtur acquiescere,  
confestim, non timuit tantae nobilitatis dominam, verbis asperioribus increpare. Tantam  
quippe gratiam Dominus servos suos contulerat ut non solum minores et mediocres, sed et  
multi nobiliorum, magnates mirum eum diligere et venerarentur affectu manifestam,  
Dei gratiarum in efflorescere prosergutarum, contemplantes, in morum videlicet honestate,  
in loquutionis spiritualis alacritate, in paternae charitatis fervore, in sermonis suavitate  
et dulcedine, in personae venustate, in incessus gravitate, in simplicitate innocentiae  
et etiam in habitus humilitate. Talis namque pastor nobis in primordio domus a  
Domino debebatur, qui multis concursu virtutibus dilectus Domino esset et hominibus,  
et nobis quoad spiritualia et domui quoad temporalia proficere probaretur.

Absolvitur ad suam instantiam, ab officio Prioris Stephanus et revertitur ad  
Cartusiam Portarum, domum suae professionis.

Inter ea ille Dei omnipotentis servus cum se videt et maxime propter ingentem  
domus inopiam, pondere administrationis sibi commissae anxie progravatum, Desiderio  
solitior.




soldandus et quicquid remissos Regens abbatem Castellanum de generali Capitulum ibi miser  
cordiam petiit et accepit. Inde domum propriam. Postquam regressus ibidem remansit. Quo  
cum immoventis et viris venerabilibus et Dominis Herico Comiti Nivernensi, Guillielmo  
copo Antistidorensi, ceterisque Domibus nostrae Benefactoribus proceperis scripsissent unani  
miter Pionem Castellanum rogantes quatenus virum Dei Stephanum, novellae Domini, quae adhuc  
sub eius regimine debile principium, inceperat, remittere dignaretur, ut et ipsi qui de tanti  
Patris absentia dolebant, de illius tamen praesentia et consilio adiuti facilius ob sanctitatis  
eius merita ad provocationem domus intenderent et plurima beneficia uberius largirentur. Quo  
regresso vir valde venerabilis ac religiosus plurimum, Leobardus monachus eiusdem domus  
Postquam post se electus fuerat in Nivernem, videns virum Dei non nisi cum difficultate maxi  
ma ad procuratorem<sup>toriam</sup> suscipiendam, posse induci, procuravit, ut providentibus Visitatoribus  
ad huiusmodi administrationis onus cogeretur, quatenus ad illius consilium, et industriam,  
ut potest qui tanti regiminis cursum expertus longo tempore fuerat, tam spiritualibus promo  
verendis, quam temporalibus securis ac salubris decerneret. His itaque praestis post aliquan  
tam temporis procuratoria dimissa, cum omnipotens et misericors Dominus servum suum  
qui in vinea sua fideliter laboraverat, et a primae aetate pondus Dei et vestis libenter  
portaverat, vellet pro merito aeternitatis denario munerari, corporis infirmitate correptus  
decidit in lectulum. In hac autem infirmitate, sic Dominus Georgius asserit, se ab ipso servo  
Dei audisse quod nocte praecedenti antequam sacram unctionem perciperet, quidam  
mirae claritatis quasi solis radius ad pedes cubituli, in oratorio coelestis descenderet tunc ser  
vum ei apparuit, in illo videlicet loco, quo die crastina sequenti expleto sacrosanctae unctionis  
ministerio crux extitit collocata. Quis enim non credat huius signi miraculum ad indicium  
enimiae sanctitatis eius evenisse. Et ne cui in dubium venire debeat, cum in plerisque  
sanctorum exemplis signum non dissimile saepius reperitur. Ecce non longe post in mon  
asterio Galloni Astertensis ordinis super reverendissimum Dei famulum, eiusdem conditi  
monachum nomine Gardium, quem ego quoque vidi ante cubiculum suum orantem, a  
priori eiusdem monasterii huiusmodi radius visus est descendisse. Cum vero sicut dictus  
Prior postmodum retulit, Pater insolito miraculo intentis luminibus in eum inhaerens mi  
raretur, ostenderit protinus visionem illam, a luce claritate procedere, sed ad se continuo  
reversus coelestem, esse credidit visionem, maxime cum in dormitorio tecto nullum foramen  
habetus.




penitus appareret. Nec omnino luce claritas illo in tempore radicaret.

D. Hermannus cartusianus miroe charitatis. — In hac aegritudine Dominus Hermannus ut-  
rat vir charitatis atque compassionis fervore magnificus ac per hoc de istis ser-  
vitiis valde sollicitus cum ad eum, sicut mihi veraciter narravit, intrasset, invenit eum  
cum tanta inundatione lacrymarum, hymnum, trium puerorum, scilicet Benedicite omnia  
opera Domini Domino per semetipsum, solum dicentem. Quo viso D. Hermannus stupens et  
admirans ait illi: Cur Patris ita nos vehementer affligitis? Respondit: Ego certe, fili dilectis-  
sime, totus dissolvi, totus offendi, totus afflari in huiusmodi lacrymas vellem. Consideremus  
quos o frater consideremus si possumus. Istos uberes et dulces admodum lacrymas de quonam  
fonte eruperint, nisi ab ipso qui fons est aquae salientis in vitam aeternam, et de quo dicitur, fla-  
vit spiritus eius et fluent aquae? et unde tam ardens illius responsio, nisi ab illo qui ignem sui  
amoris accenderit in visceribus tuis? Quae vox inquam, vel quae lingua exprimere poterit in-  
quanto mentis culmine in illa hora Christi servus extiterit, quando ad omnipotentis Dei laudem  
et benedictionem, omnia opera eius ardentissimo affectu invitabat? Hoc maxima cordis ut-  
cestimo jubilatione et suavi sancti spiritus unctione videbatur eum, quod non condignae lauda-  
tiones humanae ad reddendas omnium Creatori gratiarum, ac laudem, actiones pro ineffabili  
divinae largitatis dulcedine quam ipse in arcans pectoris thalamo infusam abundantissime  
sentiebat. Verumtamen infirmitas haec fervore utique devotionis minime frigescere illum  
nequaquam, potuit impedire quin ad Ecclesiae ostium, missam audiret usque quod die procederet  
propter praedicta scilicet quo obiret. Qua namque die fecit fratres laicos presentari. quibus  
praesentibus cum monachis sacrae unctionis et corporis Domini sacramenta cum summa  
devotione et reverentia suscepit. Osculo itaque iuxta morem Ordinis singulis dato statim,  
unum quemque secundum quod in quolibet reprehendendum noverat, amabili reprehensione  
horabat. Unde et uni eorum dixit, oportet te quos o fili dilectissime, quae nimis negligens  
esse comprobaris, ut ipsam negligentiam, et incuriam in sollicitudinem, et solertiam convertas.  
Alteri quoque subsequenter dixit: sic et te pater deprecor ut iracundiam tuam, per lenitatis  
mansuetudinem, studeas mitigare. Deinde ad alium subjungens ait: hoc tui animi levitas  
qua aliquantulum dissolutus es, nunc est, dilecte mi, in gravitatem Ordinis permutari. O  
pastor bonus, opifex, qui vultum pectoris sui sapienter considerans sicbot quo pede gra-  
viter claudicaret, dum quibuslibet singulorum vitis obvia adhiberet medicamenta,



Postmodum vero exultatis omnibus propter quosdam de astantibus qui quamvis ad abstinentias  
et vigilias faciendas fortes esse et ferendi, circa tamen senem, ac debilem, necessitatem, mi-  
-nus plene seduli exstebant, sermonem brevissimum contexit dicens: In fratres vos admo-  
-vos exhortor in Domino evidens proecipue de memetipso proebens exemplum. Ego quidem plerum-  
-que vigiliarum, prolixitate et protracta matutinalis officii pro aliis a plurimorum, fatigatus  
vehementer exoptabam, finitis matutinis ad cellam regredi, ut saltem super scannem, illi  
senilis corporis membra aliquantulum, reformarem, cumque post paululum, resumptis utcum-  
-que viribus respirarem, tunc profecto ex devotione erat mihi voluntarium, in animo missam  
celebrare, si quomodo praesto possit fieri, qui adjuraret. Eandem vero ad cellulae ostium conspi-  
-ciens si forte occasionem, perficiendi quod suggererat devotio reperire potuisses. Ecce acrista  
per claustrum, caternulos suos deferens oculis apparebat, per quod videlicet perspicaciter  
advertabam, et vos qui fortes estis et juvenes missas vestras jam celebrasse, et me senem,  
et debilem, fraudatum a desiderio meo et tanti sacrificii supplicio caruisse. Quapropter, o  
filioli mei, vos obnix deprecor in Christo Jesu quatenus cum inter vos senex aut debilis aut  
infirmus quisquam fuerit ipsius infirmitatem, supportare velit ex animo, et unusquisque prom-  
-ptam ac ferventem quadam, presumptione in obsequiis aegrotantium, ac quae debilem, quantum-  
-cumque prostrata fuerit aut vilia fratrem suum, prostrare contendat ac per hoc felicem, et bea-  
-tum, <sup>esse</sup> se minime dubitet, cui tale quidquam a Domino datum fuerit operari. Haec igitur de  
causa clamatur: alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi. Constat  
ergo sicut ipse ait quod plenitudo legis est caritas, et ubi plenitudo, ibi procul dubio nihil  
remanet adimplendum. Sicque nimirum, dilectissimi, hoc agentibus fiet, ut pro vobis et  
transitorio servitio perpetua atque preciosa vobis a pro Domino donetur remuneratio  
animae. Erat autem ipse a die feriaverata. Subsequenti vero nocte cum S. Hermannus sa-  
-crista et frater Robertus coquinae et frater Guillelmus tutor circa sanctum Dei fam-  
-ulum permocentes vigilarent, ecce circa noctis medium, factus est repente super eum  
mentis excessus. Iacebat enim supinus in anibus super pectus depositis, aperti quidem  
et scintillantibus oculis, non gemens neque plangens, sed ita, quod profecto mirabile  
est, anhelitu temperato, ac si sanus esset, et dolorem penitus non sentiret. In hoc  
quidem statu, ut assensum, tandem permittit, quousque ab hoc loco ad pastorem, Grangia  
possit aliquis procedere, quod est spatium, quasi unius agendae. Nulla hora erat Dominus  
Hermannus.




Hermannus curvatis genibus super formam ante Dei servum lucernam in manibus tenens ardentes, totus effluens ubertim lacrymis sciens pro certo virum sanctum, Dei esse in extasi, raptum, et ea jam, procul dubio arcana caelestia contemplari, quae eis pro peccatorum demeritis cernere non liceret. Quod ut ille sic et nos super hac re tam vera certiores efficeremus venerabilis Hermannus brachium, sancti viri quamvis tremens et parvus pertractando sublevarat, et eum Domine Domine vociferans nominabat. At ille sicut homo non audiens, qui utique humane carnis sensus excesserat, nec sic quidem ab hac mirabili visione poterat excitari.


Tunc ab omnibus qui tunc temporis erant, sed et ab his quidem qui nunc usque super-  
sunt ex paterni amoris magnitudine et reverentia honoris, quatenus tibi proprio nomine Dominus appellabatur, Habebat autem, et frater Robertus in oratorio ad pedes lectuli et fratris Wilhelmi juxta virum Dei Hermannum. Cum ergo ab hac gloriosa contemplatione vis beatus ad semetipsum, reversus esset et suspirando exclamans ait: A, Domine Pater misericordiarum, et Deus totius consolationis. Tunc venerabilis Hermannus lacrymis suffusus dixit. Quia, Pater, te visisse talia non dubitamus quae nos ipsi peccatorum pulvere excoecati non possumus videre, rogamus corde supplicii ut nobis hic astantibus filiis tuis de illa interiore dulcedinis visione salutiferum quid eructes, quo possimus et tunc in amorem invisibilium, rapi et in amore Dei et charitate uberius inflammari. Pater, ait vidistis ea quae ego ipse vidi nunc? Illam beatorum multitudinem vidistis, quomodo hinc exiens discedit? Non, inquit, Pater sancte, quia digni non sumus. Pater inquit, paululum, aqua labia mea. Quibus rigatis vis Deo plenus ex abundantia cordis os aperiens, et dicens non vidistis gloriosam illam candidatorum hominum societatem? Vere certissime sancti viros super nive de albatos ac mirabili claritate fulgentes totam cellulam istam implevisse, in quorum aspectu et pulchritudine ineffabiliter consolatus sum in Domino et gavisus. Insuper etiam promiserunt mihi, quod erat mane oriente sole reversuri sunt, et me in suam sanctam consortium recepturi. Ad quem venerabilis Hermannus fleus et ejulans dixit. Quid ergo faciemus Pater? In nos desolatos et domum istam in maximam paupertate positam, delinquent. Nostri potius miserere ut cum veneris in regnum quod tibi ob sanctitatis tuae meritum, confidimus preparatum, te prius intercessorem habere mereamus in caelis, quem magistram fidem habuimus in terris.



Absit hoc a me fratres charissimi ut vos unquam deseram, et vestri immemor existam.  
Sed si tanti apud misericordem Iesum dignas inveniar, pro filijs meis, quos in Christo genui, li-  
-bentissima deprecabor. De paupertate autem Domus et inopia nolite solliciti esse dicentes,  
Quid manducabimus aut quid bibemus aut quo operiemur, scit enim Pater vester celestis  
quid vobis necesse sit. Sicut namque Domus in pendulo per quindecim annos. Sed procul Dubio  
post dies illos erit una de melioribus et precipuis Domibus Ordinis nostri. Erit et forma et spe-  
-culum, summae religionis, ac per hoc multi ab oriente et occidente huc venient per successio-  
-nes temporum, sub ordinis disciplina in hoc loco suas animas salvaturi. Hunc frater Ro-  
-bertus cum interrogans dixit: Quid ergo illi nobili Domina Montis Falconis dabitur,  
quae videlicet vos tenere diligit in Christo ac semper dilexit? Cui ille si sic secundum  
consilium meum permanserit ut coepit, ut, scilicet si in via charitatis et poenitentiae perse-  
-veraverit, salva erit, et misericordiam accipiet a Deo salutaris sua. Et rursus frater Ro-  
-bertus: Quid et charissimo et speciali amico vestro Domino Abbate S. Satyri? Respondit Abbas  
et superior S. Satyri venient. Quo audito stupefactus frater Robertus putans eum ex nimia  
cerebri emanatione talia profere, ait non est, et vos dicitis quia ipsi jam veniunt.  
Scitis ne sana mente, Domine, quid dicitis? Cui ille hilari vultu et placido respondit. Valde  
quippe insipiens es, scio quidem scio. Cum et adhuc tibi mente sobria denuncio, Pri-  
-orem de Mena cum eis advenire. Has enim invenient me. Sed nequaquam mecum loqu-  
-entur. Vis etiam, ut adhuc quiddam his majus etiam tibi edisseram? Dominus huius copus  
Autissiodorensis venit, sed omnino me ulterius non videbit. Mane autem facto et conventu  
jam Beatae Virginis missam celebrante sciens vir beatus quia venit eius hora, ut tran-  
-seat ex hoc mundo ad Dominum, iuxta promissionem sibi solitas factam, fratrem Ro-  
-bertum sic allocutus est: Quia tempus resolutionis meae instat, perge nunc velox ad esti-  
-um Ecclesiae ibique pulsans indicabis fratribus jam me velle dissolvi, et deo nullus se  
proparat ad celebrandum, sed statim huc ad me cuncta adveniant jamque ab eis  
sine Dubio recessurum. Deinde inferius descendens procuratori dices quod si ipse adhuc  
semel me videre voluerit, huc rursus ascendere studeat festinanter. Postmodum vero  
fratrem Pastorem ut non in pastorem fermentum immisceat quia et amplius quam opus, fermentum  
accipere. Ut magister Pastorem similiter ne in campum cum ovibus est. Nec non ~~et~~ <sup>ut</sup> cul-  
-torem vineae ne ad vineam pergat. Quibus singulis nunciabis. Quatenus huc celeriter accedat  
videtur



videant finem meum, mox futurum. Famulorum quoque precipiens ut pisces, palas et ligones  
afferentes meum sepulchrum, effodiant iuxta crucem. Quibus omnibus secundum Patris  
jussa peractis frater Robertus cum festinatione regrediens invenit monachos circa Stephanum  
Dei hominem, horas divinas exequentes. Accedens itaque ad caput lectuli posuit brachium  
super jacentis humerum dicens: Domine scitis ne vos quid dicunt ipsi? Cui vir sanctus  
subridens ~~et~~ dicens, semper quidem stultus es, scio bene quid ipsi dicunt, et etiam dijudicarent,  
sicut utique quolo non recte dicerent, sed quia ex nimia infirmitate debilitatus  
existo eis omnino nullum vales adjuvium exhibere. Deinde post modicum, sicut, inquit,  
accepta igitur aqua ter in os suum tantummodo ~~signum~~ ~~et~~ collocari in manu propria  
injecit. Cum ergo gustasset, dixit satis est, sufficit. Sed cum inclinato capite illico vultum  
demitteret, cestimans cum frater Robertus caput lectuli velle altius erigi, dixit, Domine  
vultis ut elevato paululum, pulvis inari retro, super illud vos collocem? At ille nihil respondi-  
sed manu tantummodo signum edidit. Quo viso Fr. Robertus exclamans dicit: Ecce, o  
viri, iste Dei servus jam emigrat, ecce jam obit. Quem statim accipientes in terram  
deponerunt, aspersimus benedictis cinere subter eum in modum crucis. Cum igitur  
Dominus Willhelmus novitus brachium ejus sinistrum, super pectus illius more morien-  
tium, applicuisset, ecce vir venerabilis brachium ejus dextrum ipse emet erigens iuxta al-  
terum collocavit. Ita dicens, o Domine Deus omnipotens Rex aeternae gloriae miserere  
mei. Et cum hoc dixisset obdormivit in Domino. Quo defuncto vox confestim in cella  
audita est ploratus fratrum, et ululatus multus, qui pro amisso tam boni pastoris salubri  
consortio effluentes ab oculis lacrymas pro dolore et tristitia comprimere non valebant,  
diligente tamen, quod cum aliter mori quam ceteros viderant, dubitare coeperunt pro  
eo quod nullum, plangentem, nullum, gemitum, nulla suspiria, nullosque singultus, sicut  
morientibus fieri assolet, perceperant, non deformi facie sed ita sereno vultu  
et placido jacere, ac si dormienti tranquillo similis videretur. Propter quod unus ex  
astantibus articulos pedum, illis asperere attemptabat, alius vero pater mamillis manus  
imponens tentabat, si quo modo motione pulvis viventes hominis signum, aliquid perci-  
pere potuisset, At amen non erat vox neque sensus, quippe qui associatus angelicis  
choris sic interius jam gauderet de aeternae salutis munere, ut non esset jam, quod  
exterius doleret de carnis corruptione. Haec delata ad Ecclesiam, sancti gleba corporis  
missa



missaque in conventu pro eo mundum finita, ecce vir venerandus Abbas s. Satyri Rogerus,  
sicut servus Dei nocte tantum facta prodixerat, advenit. Cui cum occurrisset frater Robe-  
-tus cognominatus, ait illi dictus Abbas, frater, nos audivimus charissimum nostrum fratrem  
Stephanum, infirmum esse et ideo venimus eum visitare. Quomodo est illi? Quid nam  
ergo factum? Qui respondit Domine Pater, Deus omnipotens qui vivorum Dominator sumus  
et mortuorum, animam ejus paulo ante nunc sustulit, corpus autem, illud in ecclesia  
invenietis. Superior autem vir valde religiosus durandus secundum consuetudinem nostram  
psalms aliquos ruminando ultimis veniebat. Qui cum patri Roberto appropinquaret,  
dixit, In frater Dominus Abbas advenit invisere fratrem, Stephanum, dilectum nostrum,  
audivimus enim, quod ipse infirmatus. Quenam ergo illi infirmitas vel quemadmo-  
-dum, ipse nunc agit. Cui ille, melius Pater quam unquam usque ad proles eius egerit,  
nunc facit. Quippe ejus anima modicum, ante decessit, corpus vero in ecclesia posi-  
-tum est. Illique cum ingenti fratrum moerore et multa lacrymarum effusione jam  
pro eo nostri missam celebrant seniores. Quo audito vir pius cepit magna voce  
lacrymari, cujus clamore excitatus idem Abbas conversus ad eum, increpabat eum,  
ut taceret, dicens, non enim, decet hominem religiosum, clamorosa voce plangere et  
cum pius sit, flere pro nostra ipsorum, desolatione istum sanctum Dei Stephanum,  
magis tamen pius est illi pro sanctitatis illius obsequia remuneratione congaudere.  
Missae itaque celebrata rogavit idem venerabilis Abbas humiliter et devote quatenus  
ei liceret pro defuncto Dei servo sacrificium Omnipotentis Domini offerre, et ipsius  
defuncti sanctum corpus similiter sepelire. Et quia mundum, adhuc illo in tempore Abbates  
convenierant in nostris altaribus celebrare, communi consilio maluerunt potius discipli-  
-nam ab ordine incurrere quam devotioni tanti Patris in aliquo contraire. Hac enim occa-  
-sione Priore Leobando in generali Capitulo culpam suam, propter hoc confitente, institu-  
-tum fuit ut Abbates secundum dispositionem Prioris aut Vicarii in nostris altaribus de cetero  
celebrarent. Ut autem, et aliud sancti prophetae nostri vaticinium, quod de nocte similiter  
specialibus oculis proesens proceritum, et futurum clare perspexerat de die humanis ad im-  
-pletum visibus appareret, sepulto jam sancto corpore, cum jam conventus in refectorio  
frandere coepisset, mundum, adhuc pibanti a propinquata, ecce subito super pontem grandis  
ignorum strepitus factus est, quo excitatus vir venerabilis Th. Robertus cognominatus, quid  
hoc



hac esset videns sollicitus foras exiit. Et ecce in venerabilis Willielmus Antistia Dorensis  
Episcopus obvius adfuit dicens: Patrem nostrum fratrem Stephanum videre cupientes huc acce-  
dimus, quod profecto eum, audivimus egroare. Cui pater vultu lacrymabili respondit: In  
Pater in isto ipso mane transivit ad Dominum, et ungue corpus ejus sepultum est. Quod ut  
audivit vir dolore plenus et turbatus in sermone ejus ait, hoc non statim mihi illum fuisse  
infirmum, nunciare curavistis. Cui ille, nos ipsi etiam, Pater sancte, tam viscerum esse illius  
exitum, minime sperabamus. Tunc totus infremuit idem Episcopus. Commota sunt quippe  
viscera ejus super eo. Interim, ut coram omnibus anxie acclamaret, cum juramenti  
attestatione dicens: Ego certe Episcopalem baculum, potius amisisse maluissem, quam  
cum sancto Dei homine loquens, antequam, decederet, non fuisset. Verumtamen, inquit,  
ubi posuistis eum, ad tumulum ejus me confestim, deducite, ubi cum adstantibus clericis  
meis praesens adfuit et ex nimia cordis angustia quamvis dissimulare conaretur, non  
poterat ulterius se continere quia erumperebant lacrymae, quae nimirum ubertim, ab om-  
nibus defluentes totam, vestimenti sui circa pectus superficiem, madidam, reddiderunt.  
Isteus si quidem, venerandi viri confessor specialis extitit, quamdiu Prioratum, gubernavit.  
Plene namque Episcopo et ab imo cordis suspirante pariter ac gemente vix erat de illius  
domesticiis qui se a lacrymis presset aliquatenus cohibere. Pontificali igitur absolute ac  
benedictione facta quasi viventem, hominem, defunctum corpus sic allocutus est. Frater Stephanus  
ea auctoritate qua licet peccatores et indigni sub divina dispensatione perfungimur vobis  
locum istum cum habitatoribus suis commendamus, quatenus vestris, de quibus plurimum  
confidimus meritis suffragantibus et precibus, et obtinuit in omnipotente Domino semper  
proficiant institutis, et temporalibus nunquam detraherentur auxiliis. Amen. Deinde ut ad cellam  
et locum, in quo vir sanctus obierat, se deduci humiliter postulavit. Ubi cum interesset se-  
quentibus clericis ob amorem charissimi sui et ad memoriam sancti hominis impostemum  
conservandam justam et cypham, illius tibi dari devotissime precabatur. Tunc profecto cerneret  
certatim, unumquemque de clericis devota contestatione quodcumque de sancti utensilibus repe-  
rire poterant, illum videlicet gonam arripere sibi, istum, coclear attahere, alium vero sibi  
cutellum, pro sanctuario maximo vindicare. Prior etiam Montis Dei nostri Ordinis cum pergeret  
ad Capitulum generale associato tibi Vallis de Piore, et uterque, cum servus Christi inungeretur,  
tur, praesens <sup>adest</sup> et ex magna devotione rogavit quamplurimum, tibi illius ammissionem, reser-



vari. Id quoque longo post tempore audivimus quod profectus vir venerabilis Wilhelmus tunc  
Antistia Dorcentis postea vero pro sanctitatis ejus merito Parisiensis Episcopus Ciliicum, sancti viri  
de quo nunc agimus usque ad obitum suum solerti curâ fecerit custodiri, et cum se mori cerneret  
se super idem Ciliicum devotione mirabili jussit collocari magnam profectus Antistia  
fiduciam conspicens, quod is qui Syrophoenicem mulierem, a tactu sui fimbriæ vestimenti de pro-  
fluxu sanguinis mirabiliter quondam sanaverat, per preces et merita sui sancti famuli, ejus  
super Ciliicum agonizans dis cumbat, a Leonibus paratis ad pendendam suam egredientem  
animam propitius liberaret. Quis sane vestrum, o charissimi, hunc beatissimi viri finem pre-  
sentium atque miraculorum fuisse non prodebet cum profecto imprimis ad virtutum studia sanctae  
conversationis ejus extrema et initia nos provocent, non demum supernae lucis radium suam  
cellam penetrantem corporalibus oculis viderit, cum et beatorum celestium patrum cives sibi colloqu-  
entibus aspexerit, cum eorum <sup>hinc</sup> complacuerimus, quae ex vicinis et quae longe post futura pro-  
phetice afflatus spiritu praedixit, cum sepulchrum sibi sicut de beato Joanne Evangelista et  
sancto Benedicto legitur, ante mortem suam operiri fecerit. Cum mortem suam, et mortis horam  
clara voce patribus pronuncians, cum postremo non quasi moriens sed quasi in suam et  
placidam somnum obdormiens extra mores morientium ipsam mortem suscepisset? Retiosa  
est ergo in conspectu Domini mors sanctorum ejus, cui benedictio et claritas et sapientia et  
gratiarum actio honor et virtus et fortitudo in saecula saeculorum. Amen. -

### De miraculo sanctissimi ac vivifici sanguinis Christi. -

Anno Domini 1238, apud Bellum Curicum Cartusensis Ordinis monasterium tale divini-  
tus evenit miraculum. Innotuit in eodem monasterio vir quidam religiosus ac timentis Do-  
-minum, qui cunctis temporalibus lasciviis amore Christi derelictis, in ejusdem monasterii  
Ordine seipsum humiliter obtulit, in Dei servicio mancipandum. Ille itaque vir Dei  
justus et timoratus vigiliis orationibus et jeuniis devotissime intentus hoc in se speciale  
habebat, ut in scripturis lectitans Dominum humiliter precabatur, et in eis falem conso-  
-lacionis gratiam inveniret, per quam perciperet, utrum ipse Dominus hanc servitatis  
officium placabile acceptaret. Cumque in ea Dominica, quae est inter Ascensionem et Pen-  
-tecosten, 7<sup>o</sup> scilicet idus maii, missam nemelendus ac per idem celebraret, cum jam  
peracto mysterio, receptis quae illis duabus particulis vivifica corporis Domini nostri Iesu  
Christi, ecce collectis repente <sup>capitula</sup> charissima pretiosissimi sanguinis Christi gutta roseo colore



colorata super patenam apparuit. Quae vis a turbatus cepit suspirare et gemere, et quasi in  
agonia factus, quid ageret nesciebat. Ego vero lentes attentus suspiris, cui sane familiarior  
esse pro ceteris confidebam, prostratus ut moris est caput paululum elevavi, quod cernens  
in humili capitis supplicatione, ut ad eum accederem, innuebat. Qui statim surgens et ad eum  
concite veniens vidi et aspexi pretiosi sanguinis guttam, quam nunquam sub ejusmodi  
specie videram. In illa scilicet parte, quae a dextera manne sacerdotis prima pars, parti-  
-onis corporis Christi super patenam ponitur, dicendo per eundem, Dominum nostrum, Jesum  
Christum, filium suum, vere et absque ulla dubitatione ostenditur illum proprium, fuisse  
sanguinem, qui de pretiosissimi vulneris Salvatoris nostri Iesu Christi emanavit.  
Et ne forte huiusmodi eventus de naribus sancti viri talem elapsam, fuisse guttam, cui  
vultum eius diligenter inspicerem dixit, non. In hoc ergo miraculo nobis duobus considera-  
-ntibus et pro novitate praesentis miraculi penitus haerentibus, alter alterum mutuo  
reflexit. Ego tamen maxime quid facerem, quo me vesterem penitus ignorabam.  
Iam enim velut ad me reversus dixi, termitte. Ipse vero statim, venerabiliter lambendo  
sumens guttam beatissimam, ita per median, linguam protraxit, ut hinc et inde vestigia  
pretiosissimi sanguinis quasi duce lineae manifestissime apparerent. Et non sicut ut des  
gutta vini, vel alicujus liquoris fundi sed spissum, et coagulatum ut absque dubitati-  
-one possit digitis palpari, et in unum locum, nullum coadunari, proe timore utique  
positis genibus in sacramentum, vino super patenam effuso illud sacratissimum  
Christi sanguinis residuum, et obtula percipiendum. Quo revera percipito, nullo modo  
potuit nisi cum mellifluis gemitis et lacrymis externis recipi. Neque sine  
magno et spirituali gaudio unquam potuit intus eius consummari. Haec autem mi-  
-rabilia, praesentibus charissimis, nolui sub infructuoso silentio praeterire, sed ut magis ad  
honorem, et laudem Dei dulcissimoque ejus generatricis Virginis Mariae et omnium sanc-  
-torum, proveniant, et ad sanctae fidei catholicae firmitatem, praesentibus <sup>et</sup> ac posteris  
fidelibus proficiant in perpetuum, et accrescant. Haec o vos omnes, qui hoc audistis  
et legitis lectorem coram Deo coeli et omnibus sanctis ejus me eadem quae praesentibus  
-vici propriis oculis vidisse, visuro et diligenti intente inspicere. Unde et ego pro his  
eligo coram hominibus decapitari quam tam, mirabile miraculum, et tam coram ange-  
-lis non testificari. Ac pro hoc quaeso, veraciter credatis, quia qui vidit testimonium  
perhibuit.



perhibuit, et scripsit hoc, et vere scio, quod verum est testimonium <sup>qui?</sup> est. Ut autem vir  
iste quam laudabilis et honestae conversationis antea et saecularis extiterit, ac primum, ut  
ostimo, ad tam proclari efficaciam miraculi dignus et donec pervenire mereretur, utile  
michi quidem visum fuit huic miraculo inserere et posterorum memoriae commendare.  
Flagrabat enim inter cetera specialiter pietatis opera, desiderio peregrinandi et visitandi  
loca sanctorum, et corpora quatenus eorum patrocinis in hoc praesentis saeculi certamine  
apud omnipotentem, Dominum, jure aratur, atque ad extremum, salutare, animae suae  
exitum sortiretur. Cum vero cruce assumpta sepulcrum Domini invisere cogitaret, cepit  
in animo sibi revolvere salubrius scilicet esse et sanctius aliquam intrare religionem,  
et de talibus Ordinibus, videlicet de ordine Canonorum, seu Cisterciensium, monachorum,  
aut Cartusienorum, quem potius ordinem deberet eligere anxius ignorabat. Ad certissimum  
itaque divini consilii refugium, recurrens Dominum, humiliter precebat, quatenus  
eidem sua gratia salubriorem, horum trium Ordinum, aut certe cuius assumpta viam,  
ostendere dignaretur. Scriptis igitur horum quatuor nominibus et in cera sigillatis,  
involutis divisit ea in quatuor globos, qui utique globi singula quatuor praedictorum, no-  
-mina continebant. Facta inde devota oratione vocavit parvulum, et statuit illum ante  
se dicens, fili mi, tolle de singulis istis quatuor globis, unum quemcumque volueris si-  
-gul ariter globum unum, et offer mihi. Quem confestim de quo libet globo sine delec-  
-tu colligens simpliciter tanquam parvulus praecipiente in manu porrexit. Quos vero cum  
agrosset reperit in singulis quatuor unum et idem, Cartusienis nomine. Quod cum pro  
magno et manifesto habuisset miraculo gratias egit illi soli qui claudit et nemo aperit,  
et iterum aperit et nemo claudit, qui est benedictus in saecula saeculorum, Amen.

De Secundo Priore Leobardo. — Secundus post virum sanctum, Stephanum fuit  
Prior Leobardus sicut et ipse Fortaranus monachus, qui domum rexit quinque annis. Ille  
magnus et honoratus in saeculo fuit magnis deliciis affluens. Qui pro aupertate, et humi-  
-litate Christi eligens magnum exemplum virtutis nobis dedit. Qui profecto nihil  
melius quam suus conventus accipere voluit. Nam quadam die foras ituro equinarius  
ei pitantiam attulit, ipse vero percipiens, quod conventus pitantiam non haberet, prosecutus  
ei in virtute obedientiae, ut eam comederet, et nunquam ei de cetero pitantiā sine  
convento afferret. Equinarius vero dictam pitantiā, coactus et invitatus cum lacrymis  
in conventu comedit.



manducavit. Magnam bibliothecam sibi fecit, et textum quatuor Evangelistarum, quod  
in claustris legitur et multa bona alia fecit. Qui postea peccatam ab eo misericordiam a  
generali Capitulo recepit et ad domum propriam reversus requievit in Domino in senec-  
-tute bonâ. -

De Guerino Priore tertio. - Post hunc prosequitur domus tertius Prior Guerinus monachus  
Angionis duobus annis sed et ipse misericordiam de Prioratu suo adeptus ad domum suam <sup>reversus</sup>  
<sup>est.</sup>


De Girando Priore quarto. - Deinde Girandus monachus beculianus, quartus prior  
existit et domum, quind eum annis strenue gubernavit. Qualis ergo esset et quantis moribus  
apud Dominum, et homines proemineret, advertite. Erat procul dubio statera procerus,  
calvitie venerandus. Incessu maturus, loquio facundus, moribus et vita gratiosus  
adeo, ut apud nobiles et ignobiles apud magnates et plebeios tantam familiarita-  
-tem et gratiam maxime erga bonae memoriae Guidonem olim comitem Niver-  
-nensem et forensensem, invenerat, quod pene tantumdem <sup>orum</sup> praetorem, Ferrarum, et  
vineaum, domus nostrae acquisivit, ut aestimo quam ab ipsa fundatione domus ab  
Herwaco comite fuerat impeditum. Hoc siquidem testantur cartulae Donorum et elemos-  
-ynarum, quae in tempore suo a fidelibus contigit erogari, quod in nulla fere vix cartula  
invenitur, quin in eâ Girandi vocabulum non scribatur. Hic quind eum annis Domi-  
-no cooperante domum nostram, ita efficaciter rexit, ut prioratus sui tempore sancti  
viri Stephani primi Prioris propheta, ut superius meminimus, scripsisse, sit completa.  
Prodixerat enim vir sanctus in morte sua domum Bellilanicam in prosperitate et pro-  
-dulo permanere, quousque anni quind eum completerentur. His igitur trans actis annis  
feliciter migravit ad Dominum, sepultusque est extra Ecclesiam, directe rebus altare  
interposito scilicet ejusdem Ecclesiae muro. Et hoc siquidem industrie et juste factum  
fuit, ut qui fundator et patronus Ecclesiae extiterat, eidem corporis illius gleba honori-  
-fice conderetur. Intra illam quoque sepulti sunt tres alii Priores Bartholomaeus Vallis  
S<sup>ti</sup> Petri monachus a Dextris illius, a sinistris vero Bricius quondam, Decanus Autissio Do-  
-rensis et alter Bartholomaeus domus nostrae monachi, sic enim ut credimus divina  
providentia ordinavit. Amen

Vita venerabilis Hermanni. -

Fuit in diebus Stephani, Leobaudi, Guerini, Girandi Priorum Bellilanicis quos quidem  
<sup>supra</sup>



supra nominavimus, homo quidam nomine Hermannus singularis scilicet et  
incomparabilis abstinentiae coram hominibus magnus. Hic cum in primis hae ju-  
-entibus flore vestimentorum et calceamentorum lascivias indutus secundum pro-  
-sentis saeculi fastum florisset, quidam die cum esset Parisis, uno die ostribus ver-  
-bans Dei ad populum sermone ante ita repente in virum alterum mutatus est  
ut ex ipso die mirantibus sociis ex mutatione dentium et ceteri non fuerit sicut  
prius vultus ejus in inversa mutati. Et mox mirum in modum totus in Dei  
opere conversus suscepta primitus ad erudendum Dei populum sacro et ali digni-  
-tate, domum sibi solitariam seorsum inter parentes elegit ibi namque tanta  
severitate carnem suam vigiliis, jeuniis, orationibus et asperitate vestium domare  
studuit, et etiam subtilis ad carnem lorice indueret, quae profecto ex assiduitate ves-  
tendi super humeros putrefacta aperto jam foramine interrupta apparebat. Per quod  
videbatur foramen cutis cum carne suspensa et circumquaque desuper extensa  
excreverat. Quod cernens vir mirificus vocavit patrem suum, secreto et ait illi,  
Pater carnem istam necesse ne amplius crescat, et et ipsa, quam cernitis, lorice  
facilius valeat auferri. Ex qua igitur incisione super humerum ejus, quamdiu  
vixit, cicatrix apparuit. Quam et ego propinquis oculis ipse vidi. Postea vero  
parentes illius ac propinqui ad eum accedentes rogarunt, ut ad fratres sacri  
litterarum ordinis in monasterio Longipontis se transferret haemiliter, ubi  
et ipse devotus cum devotis fratribus summo Regi Christo Domino Deserviret.  
In quo quidem monasterio, quodam nocte, in illo scilicet intervallo, ut ipse mihi  
retulit, quod fit inter matutinas et laudes in exlati facto ostensus est ei a Domino  
totus vitae suae status. Itaque videbatur ei quod esset in quodam loco amenissimo  
inter variam et charitatem constituto. In eo profecto contemplationis aspectu  
jucundissime loquebatur, excepto, quod ibidem duos fratres sibi adversantes inve-  
-nit, qui usque ad vitae praesentis terminum ei molestiam frequentius inferebant.  
Quos nimirum, plane profiteor me vidisse, quorum quidem, unus quavis prudens  
esset et providus, ea tamen die qua vir beatus obiit, et sepulture traditus est, tanta  
poenitudine, tanta lacrymarum effusione eaque contra virum Dei se commisisse  
meminerat, proferri, et coram me clara voce verebatur minime. Hinc est



ergo memoriter retinendum quod dicitur: Electi ab electis provida Dei dispensatione a quibusdam suis excessibus expiantur. Verum proterea cum vir sanctus hoc in profano monasterio moraretur, videns multitudinem monachorum et frequentiam ad se venientium proximorum recedens etiam inavitas orationum impinguentes quondam in oleo caput suum, quas quidem ob tumultuantem fratribus turbam se amisisse dolebat. Hinc demum devotus non potuit amplius sustinere unde continuo propriis receptis vestibus recedere quantociens, obstinabat. Cum autem meritis et precibus sanctorum fratrum, quod idem monasterium nollet acquiescere, miserunt ad eum causa exhortationis virum valde spirituales, virum nobilissimum Thomam sicut Joannem Montis mirabilis, qui terrene dignitatis gloriam despiciens, ut bonus miles et emicatus caelesti regi in vestra regni devotissime militabat. Qui et dixit tibi vultis abire? Hoc pro certo teneatis, charissime, quod in quamcumque partem et in quemcumque locum pergere volueritis absque Delectatione sive spirituali sive corporali nequaquam poteritis perdeserere. Vir tamen Domini, favore spiritus suggerente viri sancti sententiam, non indignans idem arripuit, et ad sanctum quendam, heremitam properans invenit eum extra cellam, ad solem, ovinis pellibus coopertum, pilis sicut exteriori comensis ut non homo sed bestia crederetur. Qui post multa vitae colloquia hoc ab eo salubre consilium humiliter accepit. Ne si videlicet sub austeritate et ultione Cantuariensis ordinis sese vellet committere proestium eum et ipsi inhabitantes in eo in cellulis inclusi et incarcerati jugiter permancant instantiam et improbitatem parentum oportet nullatenus formidare. Quo nimirum servi Dei oraculo certior et alacrior factus coepit tanquam ad supernae vocatus bravium, comito gradu percurrere adeo ut quadam die desperascente ex itinere nimium fatigatus apud quendam viduam hospitatus est.

De infirmitate illius in itinere. — In illo sane hospite, ipso dicens ante qui palmites suos purgat et plus afferunt fructum. Tanto cegritudinis proinde pressus est, ut mollius putaretur. Nam ejus hospita certe quae viamque mulieres, jam aquam, quae capite illius deberet ablati super ignem posuerant, cum ecce subito ejus misericordia qui perierat et medebat, coepit ceger respirare, oculos aperire et loqui. Accurrentes ergo stupefactae mulieres ad eum venerunt dicentes ac sopitis eum gudio reclamantes, certe o Domine vos mortuos exististis. Cum autem aliquantulum esuriret, festinavit pia mulier, sicut ipse michi multoties enarravit, coxit malardum suum cum lacte, et obtulit ei ad edendum, de quo gustato.


m. i. d. h.



mis ille dicta, die tertia, ut mihi visum est, baculo se sustentans<sup>ans</sup> et pro nimia corporis debilitate huc illuc vacillans et titubans vicem nosse peregrinationis aggressus est. Porro non refugescente desiderio quod ex Domino est, sed potius crescente quotidie domum nostram de Bellarid persona ejus venerabili voluit Altissimus honorare.

De adventu illius apud Bellum Luricum. — Adveniens ergo ad destinationem tibi a Domino locum pauper et modicus cappam vestitus rotunda radii profecto penitus et grossa pult abbat et non erat qui aperiret, sed erat revera, qui potius irideret, et pro stulto et dicta sapientissimum Dei hominem, facillime reputaret. Unde cum viderent illius vilitatem et virginitatis objectionem respere jam facto miserunt eum superius in grangiam ut ibidem jaceret et pernoctaret. Ipse vero gaudens et hilaris super verbas ascendens, parum ut suspicor, obdormivit. Sed mane facta, sicut mihi ipse retulit, ex ipsa sui lectuli duritia, latus et membra graviter doluit. Cum vidissent Prior et procurator illius indirectam et per se erantiam, interrogaverunt eum, si quis in hac Patria esset qui nosset eum. Respondit se habere quemdam anaculum monachum de Charitate. Cui et dixerunt nos libenter propter Dominum vos recipemus in illius testimonium, sed novit Dominus vestimenta quibus indui debeat, sufficienter non habemus. Profectus itaque apud Charitatem cum quodam puero, qui et ei interroganti de consuetudinibus Ordinis illud et, dicens quod cum singulis mensibus libram unam tibi mittere oporteret. Ubi sane cum pervenisset quosdam invenit venerabiles clericos ex eadem villa progenitas qui eum quondam apud Parisios in scolis viderant conversari. Cui nimirum tanto spiritali exultationis tripudio applaudebant, quanto et eum olim tibi socium fuisse amabilem sentiebant et eo etiam amplius et specialius, quo admirabilem ejus conversationis constantiam ex ipsa sui habitus vilitate et gestu apertius cognoscebant. Currentes illico unanimiter ad Dominum Antisiodorensis, ipse copiam felicis memorie Guillelmum qui tunc forte advenerat, exposuerunt ei viri sancti propositam et desiderium supplicantes eidem quatenus ipsorum patribus Bellaridici commendans cum vestibus tibi necessariis remitteret, et et eorum benigne et misericorditer recipere dignarentur.

Quomodo et quando suscepit habitum Ordinis. — Igitur Divina procurante providentia assumpsit novus miles novum sibi Ordinis habitum exiens veterem hominem, et illum novum qui secundum Deum creatus est, induens contra multiformia bella



viriliter pugnaturus. Primo namque cepit incredibili fervore vitia carnis et concupiscenti<sup>as</sup> ejus rebis abstinentiis domare, ac duris et asperis, ac frequentibus disciplinis mirabiliter cruciare, ad hoc enim opus exercendum ipse sibi flagellum fecerat quod ego vidi et tenui, grossissimis corrigiis laqueo colligatis. Secundo quidem mundum et ea quae in mundo sunt vana et transitoria toto mentis respectu studuit contemneret et tanquam putrida stercorea reputare. Nequam enim ut arbiter homines, vidisse me recolo ita mortuum ita crucifixum mundo et mundum tibi quemadmodum et istum sicut per conversationis illius initium didici et exemplum. Noluit quempiam displicere, quinimo omnem probris suis vitiatam et abjectionem humiliter appetebat, et quod majoris virtutis est et rarioris semetipsum despici despicebat. Tertio autem contra antiqui hostis insidias innocentia et puritate cordis armatus fortiter pugnabat, sciens se non solum adversus carnem, et sanguinem, sed adversus principes et potestates tenebrarum harum certamen forte et vincere, habiturum. Qui nimirum de diabolo tantas contra eum exercit in vias ut non solummodo per nocturnas illusiones verum etiam quasi visibiliter deterreret.

De infestatione diaboli contra ipsum. — Unde quaedam nocte contigit in illo scilicet scripto, quod ex more inter matutinas et laudes facimus statim ut de ecclesia exiit, terribiliter exclamavit. Quod tamen non omnes audierunt. Ego vero in crastinum processivi ab eo quid hoc esset. Cum exissem, inquit, de ecclesia malignum sensi adesse spiritum, qui elevatis manibus contra me illudbat mihi, et ob hoc exterritus exclamavi. Sed profecto fratres charissimi tanquam bellator fortis nunquam regio septus nullatenus potuit ab adversario superari. Ideoque super his tribus vitiis ab juvenete Domino superatis ad laudem ipsius mentionem faciens scripsi quae mundus, caro, daemonia diversa morient proelia. Quapropter vir venerabilis Archembaldus quondam Bituricensis decanus tale epitaphium de eo scribens nobis transmisit:


Hic jacet Hermannus vir justus vir venerandus

Per quem sunt victi mundus, caro, proedo nefandus.


De vitia illius. — Tono si quis de vitia illius quaesierit pariter et vestita ego plane pronuncio, sibi a tamen illius gloria et honore veluti sui ipsius interfectorem fuisse. Et cum dicatur nemo unquam carnem suam odio habuit, iste procul dubio suam omnino



omnino carnem odio usque ad mortem habuit, et despectu. Ita ut supra cursum  
usumque naturae a cibis corporalibus abstineret, et cum posset licite et debere et de-  
bitate et excessu corpori aliquoties indulgere, Ipse tamen nec diebus festis nec feriatis  
bus nisi forte in refectorio parum aut nihil lautioris cibi accipiebat, sed pauperi  
si occurreret, hilariter erogabat, vel alicui monacho, quem maxime careret indi-  
gere serena et ridente facie ipsemet deferabat, si autem occasione aliqua ab  
amicis nostris aliquid pitantiae mitteretur, cum utique vicarius esset et sacrista,  
absente scilicet Priore, videres eum festinare et currere quousque dicta pitantia ab  
eo largiter apponeretur fratribus, recumbentibus itaque monachis et pro posse suo  
splendide refectis ipse ad cellulam suam jejunos ministrator accedens pane tantum  
modo et aqua plerumque contentus, nesicientibus sociis, abstinentiam faciebat. Ipse  
vero postmodum tanquam a nuptiis revertens data fratribus recreatione unctis  
hilarior atque jucundior apparebat. Cellula quoque sua lectica quae tunc erat lignea  
inherens, quae prospecto ita brevissima erat et angusta, quae vix lectulum et scripto-  
riam contineret. In quo videlicet scriptoriae loco cum aliquantulum corpus reficere  
appeteret, sedebat habens super genua assidem latam et rotundam sine mapula  
super genua, et panem frangebatur atque etiam iuxta se parvum vas terream sine  
scypho positum, de quo nimirum sicut ipse propriis perspexi oculis potum secundum  
suum modulum hauriebat. Miror perinde quam plurimum unda tanta plegmatidis  
abundantia ex ejus ore efflueret, cum sicut existimo, quantitas salivae mensuram  
potus excederet, adeo siquidem, ut quaedam vice in loco quo spuebat pedem meum  
profunde dilapsum, quasi de hirs extraherem, maculatum. Et quid de sancti viri  
istius vestitu postea referam? Plane quidquid omnino ad lectum, vestitumque pec-  
tinet cujus grossitudine colosse fuerit non curabat, cum enim ad omnes mo-  
nachos pannis grossissimis et rusticis uti pertinere multum, amplius omnem  
humilitatem, attritionem, vilitatem, paupertatem, et objectionem praemiorum,  
mollem sibi congruere iudicabat, habebat namque valde grossioris telae pan-  
niculum, quo <sup>operiebat</sup> <sup>se</sup> <sup>dam</sup>, quem et ego vidi ita brevissimum ut nequaquam illius au-  
riculare valeret plene contingere, cum et ipsum, cervicalem non depluma avium  
varia sed palea segetum minutissima, ut aestimo plenum, erat. Habebat etiam  
unam



unam pelliceam, velutissimam ex grossissimis ovium pellibus confectam, quæ profecto  
tam longo tempore vestitus fuerat, ut intuentium oculis nigra et rigida appareret. Quam  
utique veterem ac viliores, tanto carius cuncto dicebat, quanto et aliam novam et meliorem,  
pro ea allatam recipere non volebat, propter quod nonnulli de monachis indignantes  
dicebant sordes et vilitates istiusmodi pelliciae in conventu nullo modo ulterius depor-  
tari. Ipse vero tanquam surdus non audiens transiens dissimulabat, et per medium  
illorum, ipse indutus pellicia ibat. Hanc ergo pelliciam, quam Dominus Rex audis jocosè  
vel derisorie vocabant, cum quadam die pellicarius reficere conaretur, me proscute dice-  
bat, quod illam nisi cum magna digitorum violentiâ acie et filo poterat penetrare. His  
igitur verbis et abjectis vestibus propterea utebatur, maxime quia noverat, quod qui  
mollibus vestimur in domibus regum sunt, et audierat Divitem purpura et bisso indu-  
tum, apud inferos cruciari. Et Toemianum a Domino de asperitate vestium commendari.  
Hoc igitur sancti Dei viri exemplo videant et intelligant et tibi caveant tam proclatus  
quam subditus qui sibi pulchras pelles et delicatas appetunt pellicias, maxime cum  
et ipse Prior, prout in consuetudinibus nostris habetur, nulla vestium dignitate vel pretiosi-  
tate differt a cæteris. Nec quicquam est, unde quod sit Prior appareat. Quia profecto  
Nimivitarum populus proinde sacis indutus asperimus indulgentiam peccatorum, a  
Domino procipe meruit, et Herodem sedentem pro tribunali vestitum regia veste angelus  
Domini mortaliter percussit. Nunc sane de istius sancti virtutibus et donis gratulis  
pro modulo mee persicitatis et insipientie aliquid inspirante Domino breviter est dicendum.  
Siquidem secundum quod per multum temporis quo conversus sum cum eo percipere potui non  
dubito, quin Deus virtutum largitor et amator licet non ex toto forsitan sed ex parte quam  
scilicet ipse voluit, qui ad mensuram dat spiritum septiformi sancti spiritus gratia suam  
militem illustraverit. Verum qui super florem egredientem de virga radices Jesse id est super  
Christum, hominem spiritum Domini propheta requiriturum prædixit a digniori dono scilicet  
spiritu sapientie incepit ascensum usque ad virtutem timoris, qui est principium sapientie et et-  
ceteras omnium bonorum. Nos vero qui puri homines sumus ac per hoc peccatores opus ex con-  
verso a timore Domini incipere videlicet de virtute in virtutem ascendendo donec perveni-  
amus ad spiritum sapientie, qui utique est finis et consummatio omnis perfectionis. Quia  
igitur a spiritu timoris inchoavit, probat sicut superius expressimus, tam revere tam  
auda




ardua consuetudo poenitentiae ab ipso tunc conversionis exordio proe timore Domini mirabiliter inchoata.

De spiritu timoris. — De quo spiritu timoris primo videamus. Licet autem perfecta charitas omnem timorem, id est timoris poenam et anxietatem, a seruo Dei foras mitteret, Ipse tamen ex amoris plenitudine adeo timoratus erat, tantamque cautelam in omnibus non solum operibus sed verbis et cogitationibus adhibebat, quod nulla vel modica negligebat. Frequenter enim attendebat quid scriptum est. Qui modica negligit paulatim decedit. Verabatur enim omnia opera sua providendo Dominum, in conspectu suo semper et in omnibus viis suis cogitans illum, ne forte in aliquo displiceret. Timebat enim quod licet vitet quid grandia potest tamen obui evenia, multitudine enim capillorum suspensus Absalom interit. Et multitudo venialium, ex contemptu dum placent vel negliguntur ad aeternum producit interitum. Irati igitur timor castus in corde tanquam fascia pectoralis, quae cogitationes constingeret. In ore tanquam foramen, quod linguam reprimeret. In operibus stimulus ne pigritia torperet, in omnibus regula ne modum excederet. Timor iste tanquam scopa pugnat cor a duplicitate, os a falsitate, opera vero ab omni vanitate.

De spiritu libertatis. — Non solum per spiritum timoris ab omni specie mala sibi cavebat, sed spiritu pietatis ad omne opus bonum primus erat. Excitationem enim corporis pro modico habebat respectu pietatis quae secundum Apostolum ad omnia valet, habens promissionem vitae quae nunc est et futurae. In lampade enim cordis sui charitatis oleum, et misericordiae continue accendebat, ne forte unquam fatuus virginibus absque oleo repertus a nuptiis aeternae iudicantis repulsam pateretur. Satagabat igitur pro posse suo omnia misericordiae opera exalanti fons pietatis externis adimplere. Unde, ei quando licebat, omnia pauperibus erogabat.


De spiritu scientiae. — Quoniam in fugiendo mala per spiritum timoris et faciendo bona per spiritum pietatis necessaria est cautela et circumspectio discretionis, Patet luminum, cuius unctio docet nos de omnibus, spiritu scientiae dilectum suum illuminavit. Ut scires quid, quem admodum agendum est et vel vitandum, et omne sacrificium suum sale condiret. Mala enim sunt vicina bonis, et plerumque dum vitamus unum vitium, labimur in contrarium, ut cum quis fugit superfluitatem, plerumque decedit in avaritiam, vel quando vitat indumenti saecularis ornatum gloriatur in sordibus vestium. Vicia enim quandoque speciem virtutum proferunt. Unde perniciosis sectatores suos decipiunt, quae sub velamine virtutis tegunt. Unde et iste Dei famulus quodam  
tempore



tempore ad eo sub specie boni tentatus et imprevisus extitit, ut etiam omnino disponeret ad Ordinem Predicatorum pro lucrando animabus se transferre. Sed a Domino, qui non permittit hominem tentari supra id quod potest, per spiritum scientie illuminatus consolante etiam illum bonae memoriae Gualtero Senonensi Archiepiscopo se excoctum fuisse humiliter recognovit. In tunc namque spiritus scientie ita solidus extitit, ut neque a dextris neque a sinistris declinans mediam et beatam viam miro moderamine pergebat. Nam et idcirco quod suum erat reddebat, et proximorum pacem, quantum in se erat, conservabat, non solum cum pacificis, sed cum iis qui aderant pacem, pacificus erat. Prudenter inter homines conversando omnibus omnia factus, ut omnes Domino lucrificaret. Unde duos fratres sibi adversantes mira mansuetudine et lenitate sicut supra dixi per spiritum scientie tolerabat, et discordantes piis admonitionibus sapienter concordabat.

De Spiritu fortitudinis. - Et quoniam parum prodest per spiritum timoris mala vitare, per spiritum pietatis bona agere, per spiritum scientie in omnibus distinctionem habere nisi per fortitudinem, malis imminentibus resistamus bona nostra per patientiam, conservemus, per constantiam usque in finem, perseveremus, per longanimitatem, vitae aeternae praemium, expectemus. Rex caelestis apertis thesauris suis quarto lapide pretioso scilicet spiritu fortitudinis filium suum exornavit, et contra omnia adversa praemunivit, ut non adversitatis impetu frangeretur, nec prosperitatis blandimento elevaretur, ut contumelias cum tranquillitate sustineret, et nulli malum pro malo redderet, sed benedictionem, maledictioni, benignitatem, iniquitati opponeret. Bonum pro malo reddebat, calumniantibus non respondebat, orabat pro persequentibus. Per constantiam mentis in proposito perseverans per firmitatem animi organimenter portans, per magnanimitatem, difficilia sponte aggrediens, per securitatem imminentes incommoditates non formidans, per fiduciam certam spem habens, bonum propositum ad finem bonum perducendi, per magnificentiam sancti et proclari propositi suam consummationem. Non solum autem in persecutionibus seu flagellis patientiam, habebat, sed in tribulationibus gaudebat. Disciplinam Domini cum magno desiderio apprehendebat, unde cum in ultima ejus infirmitate, jam anhelante pectus uagante cum et ipse duos annos et amplius disciplinam Domini fortiter sustinisset, tamen

14/11




in fine fortius Patrem sustinuit iuste plium flagellantem,

De spiritu consilii. - Per spiritum consilii nihil precipit ante nihil inordinate agere omnia diligenter, provide et cum deliberatione faciens in omnibus agendis vel omittendis expectabat eum qui salvam faceret animam, ejus a pusillanimitate spiritus et tempestate, nihil per pusillanimitatem, omittens, nihil tamen tempestuose nihil insons veritate, vel impetuosam mente peragens. In omnibus viis hinc palpebrae procedebant gressus suos omnia cum consilio faciens, ne post factum vel in modico poeniteret. Quid enim sine gravitate sine consilii maturitate facere posset, cujus animam inhabitabat, qui ait de semetipso: Ego sapientia in consiliis habito et eruditis intereum cogitationibus. Licet autem familiari spiritus sancti consilio interius uteretur, licet Divinis scripturis sufficienter instrueretur, summa tamen humilitatis abundantia volebat dilatare philacteria sua, ne ab hominibus videretur, sed nimirum suggerente spiritu consilii et compassionis affectu cum non esset inferioris scientiae et ingenii die quodam festo dum primam in ecclesia cantarem, cum me, qui noviter Ordinem intraveram, fuisset intuitus, sic mihi dixit hos versus ad consolationem de laude celloe condidit et dictavit. Nam et sermones suas ab eo in Capitulo prolatas venerabiliter custodimus et chare


Si quaerat tua via <sup>vis</sup> celos, est cella navis	Hic sine voce melos hic dat via libera celos
Quarere si tuavis, est tibi colla gravis.	Hic dat dulces melos os, agnos fatat <sup>ita</sup> <del>est</del> camelos
Si sistas pravis, haec est tibi calica clavis	Hic instrumentis non sunt gaudia mentis
Hic levitas navis, hic imperatur avis.	Haec Deus intentis dat nullis irrita ventis
Cella, tenor legis, caelestis regia regis	Hurimus hic fluctus hic sunt gaudia luctus
Hic in mente legis qualiter acta regis	Hic nullos fluctus metues Christo duce ductus.

De spiritu intellectus. - Hic igitur spiritus s. donis Regis filius adornatus tanquam luminari-  
bus illustratus corde purificato per spiritum intellectus in caelestibus conversabatur. Ad hoc enim  
suspendiam elegerat anima ejus, quod per aliquantam temporis cognosceret per spiritum  
intellectus sacramentum et mysterium indivisuae unitatis, quomodo scilicet Pater consistit  
in Filio et Filius in Patre, qualiter in Patre totus Filius et totus in verbo Pater. Et quomodo  
- dum spiritus sanctus ab utroque procedit. Et tamen non tres dii sed unus est Deus, et  
tamen eisdem tribus una divinitas. Aequalis gloria coaeterna majestas. In vita S. Virginis  
Aupar de Ludoth (Alpdis sive Alpdis virgopia vivit circa annum 1180. in pago de Ludot-benonensis Diocesis)




sicut iste vir sanctus retulit mihi, legitur quod ipse vidit ante se tres soles incomparabili lumine radiantem, quorum nullus vel minor, aut clarior altero sed omnes erant unius quantitatatis, unius qualitatis, et equaliter fulgebant in unius equalitate trinitatis. Et illi tres soles in conspectu suo conueniunt in unum et facti sunt unus sol. In unius lumine claritatis non erat maior vel minor, nec plus minusve lucebat ille sol ex tribus factus unus quam illi tres, cum tres essent, sed in unius orbis lumine nec dissimili nec dispari fulgebat claritate.

De spiritu sapientiae. - Ut autem opus suum, praedens aedificans templum suum sacerdos magnus filium suum Rex excelsus ad perfectionis culmen, perduceret septimo septiformis Spiritus dono quasi ad condimentum, aliorum, cum honeste decoravit, et excellenter ornauit, scilicet spiritu sapientiae, quod primum est dignitate, ultimum vero consummatione. Huius sapientiae sapore gustavit et vidit quam, miris est Dominus. Cum sicut adipe et pinguedine repletur anima eius cum ad mensam Domini cum Ioseph, inebriaretur in mercede delictis affluens, et in hoste voluptatis manna absconditum, manducaret, huius melliferae sapientiae dono cor eius medullatus officiebatur, verba dulcorabantur omnia eius opera suavitate unctionis spiritualis impinguabantur. Cum autem pro desiderio aeternae vitae fructuosis, pro amore divinae visionis, pro dilatione optatae beatitudinis in hoc exilio langueret, unicum tamen et summum, erat remedium, ei et singulare solatium manna panis caelestis, donec pervenisset ad terram promissionis. In hoc cordis eius anxietas temperabatur. In hoc omnes eius dolores mellecebatur, spiritus eius roborabatur. In hoc summo et procellenti sacramento omnes huius peregrinationis circummas patienter sustinebat. Omnes huius deserti labores superabat. Omnes huius miseriae defectus hoc cibo vegetatus porripendebat. Panis sanctus cor illius confirmabat. Vinum sanctum mentem, eius letificans inebriabat. Caro sancta saginabat, sanguis vivificans ablucendo purificabat. Hoc solo solatio carere diu non poterat. Idem erat ei vivere et corpus Christi sumere. Hoc erat ei mori, ab hoc sacramento diutius abstinendo separari. Unde cum occasione quorundam verborum, ab hoc sacramento duobus aut tribus diebus abstinisset, vehementer plangens, cum egredere a vesperis mihi soli locutus est, et dicebat: O Deus aeternae ego totus deficio, didicerat enim, per certam experientiam, viri sanctus se efficacius spirituali cibo reficere, quam corporali. Quia non in solo pane vivit homo, sed et iustus ex fide vivit. In illa autem, infirmitate qua per gratiam, duorum annorum, et amplius ut ostendo ante mortem, suam laboravit, non credo vel unum tantum esse




Diem propter istos tres dies predictos, quin post matutinas missam quotidie celebraret. Et hoc mirabile dicta cum sicut dicemus in subditis quomodo tam debili corporeculo, ut pote modico pane avenaceo et aqua frigida sustentato tanta virtus et tam diu standi ad sacrificium missae esse poterat, nisi quod Deus suorum prerogativam donorum potenter contulerit? Propter quod et ipse, qui ei quotidie in hoc officio assistebam serviens et plurimum admirans quadam vice vultum ejus pallidum contemplatus sum, Et ecce apparuit, ut mihi videretur in illa hora, clarus, nitidus et rubicundus. Nec mirum quod illum coram se in altari cernebat, cujus facies sicut sol in monte resplenduit, et qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; Nam enim in hoc saeculo expertus fuerat quod ait Dominus in Evangelio, nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat carnem meam et bibit meum sanguinem, habet vitam aeternam. Non erat ei durus hic sermo sicut Judaeis, sed major, quippe qui omnem delectationem et omnem saporis suavitatem, in ejus perceptione non solum istius in animo sed etiam in ore ejus mellifluis sentiebat. Habebat hic beatus vir in consuetudine, ut cum, ad perceptionem sacri et vivifici corporis Domini nostrissem Christi veniret statim, profunde reuens et inclinans super genua digitis manus dexterae super oculos appositis, illic tam diu haeret, donec dominicum sentiret adventum, sed nimirum, austro flante proe nimietate devotionis et fonte lacrymarum, inundante subito surgens ad manubergium fluminis impetum, qui animam suam, beatificaverat, deprimebat. Dixit enim mihi aliquando quod cum quadam die sensisset sibi gratiam non desse et proetia mentis hebetatam, fuisse non audebat ad sacramentum accedere, unde tantis cogitationum tumultus in corde tolerabat, quia quid de duobus faceret, vesiebat, cessare videlicet a tantis salubri sacrificio an non cessare. Tandem, vero divinae benignitatis misericordiae tanquam reger medico se committens facta oratione gradum altaris cum timore ascendit, sacrificium obtulit, sed ad perceptionem pervenit et orationem suo more solito fudit ad Dominum, tantam consolationis gratiam, ac lacrymarum copiam, a Deo illi dem, percipere meruit quod post factum sic se fecisse minime poenituit, imo post modum, die reliquae consolationis diebus, factum in animo agerent, et memoriam abundantiae suavitatis illius dulciter eructarent. Hujus itaque sancti viri saluberrimo exemplo, fratres charissime sufficienter instructi, si similis tentationis articulus nobis ingruerit ad summum, prostridem, et singulare solatium,




videlicet ad sacri altaris speciale sacrificium recurremus et purificatio per confessionem  
pium cordis thalamo nostrae mentis tenebras dulcis et pium Dominus efficiat per adventus sui  
praesentiam, illustret.

De revelationibus et visionibus illius. — His igitur praeterea charismatum, donis decoratus noster  
Bernardus cepit multis et divinis revelationibus illustrari, necnon crebris consolationibus a  
Domino dulciter visitari. Quas nimirum, revelationes et consolationes non cunctas sed paucas  
ipso narrante, cognovi. Quas etiam ne forte per spiritum, elationis super se inaniter repe-  
-retur per affectum, Devotae humilitatis semper se sub se solide subsistere appetens sagaciter  
occultabat. Cum ergo quadam die nos duo soli, ut aestimo, ad invicem familiariter loque-  
-remur, accidit, sicut credo, permittente Domino hoc, quod dicturus sum, quasi improvise  
de ore suo elapsum fuisse. Quod utique post multum tempus cum id ab eo quaererem, qua-  
-liter huiusmodi mentis excessus tibi evenisset, cum magna obstupescatione respondit. Quis  
vobis hoc prodidit? Coactus tamen, michi vehementius instanti, rei veritatem demum aperuit,  
dicent: Accedit quod veraciter dicam, cum vellem, huius estis transire limen sicuti me  
modo videtis stare, et unus pes meus jam ex una parte staret, et alter ex altera re-  
-maneret stando quoque ac vigilando, cum ecce in ictu oculi utrum in corpore sive extra  
corpus id viderim, et quomodo vel qualiter corpus et anima mea, nescio, Deus scit, qui  
omnia solus novit, aspicebat tamen corpus suum, et in eius contemplatione plurimum  
gaudebat et delectabatur quod valde pulchrum erat et visu aspectuque delectabile, et illud  
attractabat, atque manibus suis blandiens affectuque mirabili amplectens brachis diligebat.  
Quemadmodum, vero iterum, in corpus suum, rediens prout ignore, illud signidem, praedictam  
visionem, illud erat quod praegit ab ecclesia in veteribus, et a veteribus in ecclesiam, et  
vere sciatis, quod haec quoque visio non nisi in sacro loco maxime cum et ipsa tunc sa-  
-crata esset, tanta visio debuit contingere. Coeterum ne cui fortitan, incredibile videatur  
quod dixi ecce ad testimonium, vitae sacrae virginis Ampae de Andoth simile miraculum  
inventum.

De infirmitate illius ante mortem. — Cum igitur vis beatus hic florere virtutibus  
voluit pium ludex et justus artifex amplius suum purificare famulum, ut fructum plus afferat  
et ut quanto plus seminaverit in laqueis tanto amplius ad horreum aeternae tranquill-  
-tatis unum locatorem et exultationem hinc portans manifestos priorum et uberiorum transperat.




Ante duos quippe annos et dimidium, ut opinor, quem obire tantam in eum in segre-  
tudinem, et incurrit stomachi indigestionem qua vix duos morsellos sedens juxta me  
in refectorio, abominante stomacho, possit recipere, quin testium, sub mensa ab ore suo  
rejicere cogatur. Nihil laetioris aut validioris cibi sicuti pisces, panem album, aut  
vinum, et hujusmodi poterat trans glutire, cum ergo vidisset Dei famulus se in irrecupe-  
-rabilem, corporis infirmitatem, pro nimia ac violenta alimentorum, abstinentia a comestione  
cepit ex diversis cibariis tentare quo potissimum, possit edulis vegetari. Tandem vero  
sensit per quotidianum experimentum, panem avenaticum sibi melius proficere, quam  
ullum aliud cibi condimentum. Qualis quaeo panis iste singularis, cujus coloris erat  
Revera niger et exustus, asper et hispidus de foris pallidus rimis creberrimis sulcatus  
pro imperfecta coctione ponderosus de intus, palearum, aculeis capillosus, non solum  
tactus sed etiam intus horridus et exosus. Haec ut per capillos paleares postari sicut vulga-  
-riter dicitur, potuisset. Hoc siquidem, pane in quodam vasculo minutatum, fracto,  
adjuncto etiam lacte teracio post vespas in aestate semel, in hyeme vero post completa  
-riam, praesertim, cum aqua frigida similiter vescebatur. O quoties nobis egradiantibus  
de vespas mihi quasi dolendo et pene lacrymando dicebat Deus Deus ad tormentum,  
invitus vado, hoc ipsum verbum, pluries repetendo. cum ergo comedere inchoasset, et prima  
jam panis buccella os illius tetigisset, statim mirum in modum, abominante stomacho,  
rejecerat, et ex abundanti reumate ita incessabiliter et sine numero excrebat, ac si  
intestina exvomere propemodum putaretur. Hoc in statu imo et in hujusmodi tormento  
quandiu vixit, quotidie perderavit. Ego quoque juxta eum, in cella altera manducans  
et bibens hoc audiebam, meipsum considerans gaudentem, esse in deliciis, et illum dolentem,  
persistere in miseris, heu miser voluntarius curabam, ad corporis sumentum, delectabile  
ille vero coactus pigritanter pergebat ad tormentum oris intolerabile. Erat autem, haec sac-  
-to viso in hac infirmitateposito humilis et devota conuersatio, ut in proecipuis et solemnibus  
festis legeret in refectorio, ita placide, ita dulciter, ita gratiose, quod nunquam, ut ces-  
-tino, viderem posse huiusmodi, inveniri. Deinde ad cellam, rediens juxta unum lector  
more suo solito ibidem, coenabat temporis scilicet post modicum pro pane avenatico,  
pane vino ad coenam, agni providi coenaturus. Quis unquam crederet tam, elegantis staturae  
hominem, tam formosum, pro multis filis hominum, tamque venustum aspectu quasi  
si imago



si imago decenter depicta, rubicunda a facie appareret, ad tantum remissae deformitatem  
nisi is qui primum, in tempore novitatis sui sicut et ego vidi, vidisset? Sed et qui postea?  
Vidisset utique illum, longe dissimiliter, quasi in alterum virum fuisse permutatum, oculos  
videlicet in imo defixos, vultum pallidum, labia atremata, ossa faciei cute demissa desse-  
per per grossitudinem, apparentia, genas squalentes et purpureas ac per haec pilis a barba  
cadentibus posse de eo non immerito dicere paucos quos squalida et ipse oppressus amari-  
tudine. Et haec omnia tibi per violentiam, nimiam et immoderatam, alimentorum, abstinem-  
-tiam, evenerunt. Unde beatus Augustinus, ille de rapina sacrificium offert, qui aut nimia  
ciborum egestate aut somni penuria corpus immoderate affligit. Quapropter et ipse nos  
quoque admonerat dicens: Charissimi cum possem fragili naturae sufficienter succurrere  
nolui, nunc autem sicut cecidit volo et desidero sed profecto proficere invitus nequeo.  
Ecce occidi jumentum Domini, pecevi, quid faciam vobis, posui me contra eum mihi  
et factus sum mihi in ipsi gravis. Videte ergo quomodo caute ambuletis, neque a dex-  
-tris neque a sinistris, sed per medium scilicet securam, et regiam, discretionis viam,  
humiliter incedentes. Et hoc ipsum precor vos dilectissimi instanter quotidie <sup>ad domino</sup> ~~prohibeo~~  
exemplum enim, per infirmitatem, et insipientiam, meam dedi vobis. Sed nobis imo  
quantumcumque possum prohibeo, ut et vos non ita faciatis.

De morte illius. - His itaque prohibatis ad tempus resolutionis suae calamum appli-  
-cimus. Tane die dominica antequam obiret, post matutinam venit ad ecclesiam, ba-  
-culo se sustentans et plangens, ibi me plurimum admirante, pro ut solebat diutissime  
stando missam ultimam, celebravit, et sequenti quarta feria obiit septimo videlicet  
idus maii, in ipsa autem die jam pene oriente sole. hinc forte abscesseram, sicut qui  
praesentes aderant testate sunt, jacent in lectulo ter manum ex adverso levavit. Primo  
videlicet paululum, secundo altius, tertio virtute, qua poterat, multo sublimius quam  
ante fecerat, dexteram erigens, signum s electorae crucis. Depinxit, per quod nim-  
-rum, intelligimus sanctum Dei mox moriturum, malignum ei assistentem, spiritum  
corporeis etiam oculis aspexisse. Sicut de beato Martino legitur veraciter accidisse.  
Ego vero de eo sollicitus cum moestitia et dolore ad eum rediens inveni Dominum  
Britannum, Autissiodorensis, Decanum, qui ei cum ceteris assistebat. Adhuc igitur  
illo loquente nobis cum, prope acta que a patribus palmari et de super inclinato capite




Domino Brito dixit, ite et paululum requiescite et ego similiter requiescam, et obdormi-  
-mit in Domino, cui honor et gloria potestas et imperium in secula seculorum. Amen.

De visione Gracii Abbatis post mortem. - Sepulto itaque ipse die sancto Dei a viro  
venerabili Gracii Abbate S<sup>ti</sup> Laurentii de Abbacia, a quo etiam pridie quam moreretur ex-  
-trae-  
-mor unctionis sacramenta acceperat. Sedentes in claustro et colloquium de vita mira-  
-bili sancti istius Hermanni et abstinentia incomparabili habentes protulit in medium  
Dominus Abbas dicend: Ego hodie post matutinas in lectulo jacentis quiescebam, nec plene  
vigilans, nec plurimum dormiens, et ipse, ut mihi videbatur, stetit coram me et totius cor-  
-poris motu profundissime supplicavit. Deinde conversus per murum, exiens inviolabiliter  
penetravit. Ego vero ex vigilans coepi mecum tractare et cogitare qualis esset et ista visio  
phantastica an vera, cum ecce manifestum est mihi istum Dei famulum, viam universae  
carnis ingressum, fuisse, et ob hoc ad sepeliendum illum juxta mandatum vestrum, festinan-  
-tius properare. Jam enim sol oriens in nostra camera radiabat. Quod audientes veraciter  
percepimus ipsum fuisse horam, qua vir Domini inter manus nostras spiritum exhalavit.

De Columba. - Petrus presbyter de Bulniaco qui ad istum Dei servum, causa sua confi-  
-tendi peccata singulis annis venire consueverat et talit nobis quod cum ipse audisset  
confessorem suum ex hoc saeculo emigrasse, dixit clerico suo, ut campanas pro sancto viro  
Dei pulsaret. Cui respondit, et quis mihi mercedem retribuet? Erant autem illi cum dicto  
presbytero nobiliter foemine colloquentes. Quae cum viderent profatum clericum mandata  
Domini sui molle acquiescere dixerunt: Nos te procul dubio amore sancti viri copiose  
remunerabimus. Quae audito cucurrit alacriter, et die pulsavit. Cum enim adhuc  
pulsaret, subito columba a summo usque deorsum volans ante pedes pulsantis stetit  
immobilis. Quae visa, statim a pulsatione cessans arripuit eam, et foras cum risu et  
gaudio ostendit columbam mulieribus et dixit: Vos certe nunquam pro isto labore  
mihi quantalibet et mercedem dabitis quia ab homine isto sancto Dei hoc speciale  
munus firmiter jam credo et plene confiteor accepisse. Per omnia benedictus Deus in  
saecula saeculorum, Amen.

De Durando quinto Priore. - Quintus Prior fuit Durandus Arvense  
monachus uno anno. Vir siquidem simplex et rectus accepta de prioratu sua miseri-  
-cordia ad domum suam rediit, et illi denique ad Dominum abiit.




De Britio Priore sexto. — Britius vir valde reverendissimus, quondam Autis-  
siodorensis Decanus (erat Decanus anno 1223), Prior extitit sextus. Qui dignitate et honore Deca-  
natus contempto, ad humilitatem, et attitionem, Cisterciensis ordinis humiliter se transferens,  
in Domo nostra sacre religionis habitum cum mira devotionis affectu et desiderio suscepit. Et  
quia vir erat fidelis et prudens, quem constituerat Dominus super familiam suam, sentiens  
se velle ad altiorem, statim perfectionis emigrare, noluit sancti certaminis compum absque  
penitentie armis ingredi, ceteros factus, quod quis contra versipellens, et triplicem, adversa-  
rium, contra sibi licet mundum, contra carnem, contra demonium, fortiter et legitime non  
certaverit, coronam non accipiet a Domino de lapide pretioso. Arma quippe penitentie,  
cimit et cilium. Qualis autem, et quantitas, et quam fortis Christi athleta etiam secularis  
extiterit ambigi non potest, cum et calicia quibus antea carnem, suam cum vitis et con-  
cupiscentiis olim Domuerat, secum in sacculo reposita asportavit. Verum quia valde litte-  
ratus erat, et sanctarum amator scripturarum, adeo etiam ut super coetaneos et contem-  
poraneos, prout ab omnibus dicebatur, in decori scientiarum, dictaminis specialiter eminebat.  
Sicent vir devotus, quod legendo frequenter didicerat, quod bonum, et quomodo juvandum, quomodo  
salutiferum, sit legere et intelligere maxime cellitis et solitariis, legit specialiter du-  
centas libras, prout mihi visum est, quas quidem, in scribendis libris jussit integre depu-  
tari. Hec sunt itaque volumina et nomina librorum, quos de proposito scribi fecit, Au-  
gustinum videlicet super Joannem, in tribus voluminibus. Ipsa tertium volumen propria  
manu scripsit. Necnon et Inquisitionem B. Augustini cum quibusdam sermonibus et versibus  
ab eo oppositis in uno volumine, Augustinum, De civitate Dei in duobus voluminibus, Au-  
gustinum, De confessionibus in uno volumine. Augustinum, De vera religione, Augustinum,  
De disciplina Christiana, Regulas, sanctimonialium, ab eo editam, et Digestam, Paschasium  
De sacramento altaris in uno volumine, Moralia Job in septem voluminibus. Hoc agens  
consideranter, scienter et industrie, ut videlicet monachi singuli in cellis singulis moralium vo-  
lumenta singula haberent. Ut nimirum in eis studiosa tua etiam cum devotissimis lacry-  
mis corda purificantibus ad amorem et desiderium celestis patrie inflammarent. Quos omnes  
atque libros cum tanta diligentia cum ingenti cura et ferventi studio emendavit, ut ei longi-  
sima dies non sufficeret. Quod quidem veraciter patet in rubricis et notarum signis, quae  
in margine crebro inscribit, ut videlicet alius lector adverteret, de quibus et quid actor sermo.

the  
u  
a  
s  
a  
y  
ed  
id  
ell  
mo.  
in


5

in serie loqueretur. Interea quoque hanc orandi consuetudinem sive in Ecclesia prostratus esset  
sive in cella secreto hunc ipsum virum Dei habere diligenter consideravi. Ut videlicet toto  
profecto corpore super terram vel pavementum, vel asserem aperte ore, lingua extracta ex  
-entissimo devotionis affectu locum, quem lingua ejus lingebat, vel ex inundatione lacrymarum  
sive ex oris vaporazione, totam madidum relinqueret. Quod etiam iste Dei servus ita miseri-  
-cord et pius oegrotis, compatiens et benignus, ut profecto per noctes de statuto suo frequentius  
surgeret, et ipsos infirmantes humiliter et devote retergeret. Verumtamen erga superbientes  
et timidios rebelles et improbos, ita severa acerba reprehensione se durum et asperum, exhi-  
-bebat, ut a plurimis crudelissimus diceretur. Propter quod et ipse de seipso jocosè dicebat,  
meum, quippe <sup>loqui</sup> ~~loqui~~ pulchre est profecto litigare. Reprehendere etenim, vitia officium, est  
bonorum, virorum, et benivolorum. Igitur quia ea, quae virtutis factus apud nos religiosus feceris  
breviser explicavimus, nunc ad illa virtutum insignia, quae adhuc saecularis egerit, stilum  
vertamus. Michael vir religiosus hujus Dei servi nepos et consanguineus, qui ab eo a pueritia  
fuerat nutritus, et de suis secretis plurimum, conscius, audita morte viri istius, scripsit epis-  
-tolam, cuidam socio suo, qui cum eo similiter extitit educatus. Nos vero ad laudem ipsius ac  
posterorum exemplum, huic nostro operi dignum et justum, duximus adnectendum.

Epistola Michaelis Superioris Bellavallis ad Superiorem, M<sup>r</sup> Mariani de saeculari conversatione  
M<sup>r</sup> istius viri. — Charissimo patri suo et amico speciali. Post Superiorem sancti Mariani hunc  
Michael de Bellavalle salutem, et talentum, tibi committam, a Domino servare et fideliter erogari.  
Utrum est tempus non modicum, ex quo inter nos literae epistolae discurrere desierunt. Hujus rei  
defectum non plene intelligens partem aliquam, vobis ad scribo residuum, totum mihi et prin-  
-cipaliter occupationibus hinc inde obortis. Quia ut vere fatear multoties scribere proposui,  
sepe manum schedulae applicabam, quia tamen casu aliquo emergente vel cogebam reli-  
-quere imperfectam, vel subito nuncio recedente factam manibus discepere. Unde aliqu-  
-antulum refrigit in me propositum, applicandi ingenium ad scribendum, videns circa me  
occupationes undique discurrentes. Sed absit ut pro hac detidia refrigescat in me charitas,  
quam nutrit vestrae orationis instantia et inflammata. Sane aliud potest esse in causa,  
quod vos forte melius nostis, et illud vellem mihi diligentius operari. Proterea materia suffi-  
-ciosa praesentem interscindit cartulam, cum tangit cor et animum, recordatione obitus Domi-  
-ni et Patris nostri, quem hactenus uno affectu merito diligebamus, ita eodem affectu et pari merito  
per nos




per nos et amicos nostros tenemur eidem propensius subvenire. Et quid dicam  
subvenire? Nam luce clarius constat, quod sancti, qui mundum imperfecte reliquerunt,  
cum Domino residentes ceteros judicabant. Et beatus Gregorius testatur in Dialogo,  
quod perfectorum animae mox ut hujus carnis claustra exierint, in celestibus sedibus  
recipiuntur. Unde Paulus Dissolvi desiderat et esse cum Christo. Sed amos igitur  
necesse est ipsum, inter illos sanctos receptum, in gloria, quorum vitam et mores  
imitari studuit in terra. Quis rogo feritatem, ferentis d' effendit? Quis humiliter  
sua pauperibus erogavit? Quis sapienter carnem spiritui servire coegit? Conser-  
-vatus in saeculo asperimus, aliam gerens ad carnem, splendidis desuper indutus ves-  
-tibus, sexta feria in pane et aqua abstinens, sicut satis et ut plenum, perhibeam testimonium,  
-veritati, vidi et sivi aliquando, quod diem transiegit integrum, sine cibo corporali tam exis-  
-tens et aliorum necessitatibus occupatus. Dicitur si vidistis aliquando mensam ejus sine  
pauperibus et egenis, mensam voco domum refectionis. Consuetudo quippe illi erat ad portas,  
pauperes eligere tres quotidie, vel quinque sive septem, et mensam apponi faciebat eis saepe  
coram se, aliquando alibi secretus propter hospites et extraneos, et ministro Deputato dili-  
-gentius procurari, nolens passim inani laude hominum, pro pauperum passione. Mensa ejus  
singulis non superflua ornata clericis et personis religiosis si possent aliquando reperiri. Ibi  
semper aut colloquutio de honestis aut disputatio de casibus in curia emergentibus vel eruditio  
de obscuris sententis sacrae Legis. Sobrius in potu sine aqua vinum, aliquantulum, non bibebat.  
Lum aestate quam hyeme post prandium, non cenabat, nisi aliquando propter hospites et hoc  
raro. De extensis denique vigiliis quas nocte qualibet faciebat, hoc modo sufficiat enarrare,  
quod circa noctem mediam surgens calcatis pedibus vacinis s'otularibus usque ad genua  
propter lectum, aliquo clericorum gestante lumen in lateram exhibat lampam peregre proficien-  
-sibus visitabat ecclesias circumquaque positas, stationes faciens ad ostia singularum. Tunc  
audiri poterat frequens pectoris percussio, frequentior genuflexio, frequentissima gemituum, emissio  
facto magno intervallo surgens inde ad aliam ecclesiam properabat, et ibi faciebat simi-  
-lem stationem, cum demum pervenisset ad cancellos ecclesiae Beati Germani se totum  
extendebat in modum crucis super nudum pavimentum, tunc plorabat, tunc se totum  
immolabat. Ego in hac peregrinatione saepe ei lumen praeferebam. Sed cum tandem venire-  
-mus ad S. Germanum, sicut dixi, ego quidem, sciens quam facturus erat moram, ornata  
ibi




ibi leterna, ne lumen deficeret, in aliquo angulo loci illius sopore multoties deprimebar.  
Qui surgens ab oratione me leniter excitabat. Et reversus per ecclesiam beati Stephani, sicut  
-ristoe morem faceret surgendi ad matutinas, ipsos pulsans ad verbas cum lapide excitabat.  
Et rediens in domum, aliquantulum pausat abbat, donec signum, ultimum, pulsaretur. Et tunc ecclē-  
-iam cum ceteris introibat. Haec et his similia vera sunt argumenta, quod modo vere vivat  
in Domino qui sic vixit in saeculo. Quod clarius eniteret si modum conversationis suae et con-  
-versationis in ordine subtilius pensarem. In his ergo quae praemisit non gero personam docentis  
sed discipulis potius et dolentis. Cum enim proponerem, castitatis modum, non excedere proprietate  
Patris excrevit materia in immensum. Desiderabam enim vobis ad memoriam, reducere ea  
quae plenius mecum didicistis de ipso et cognovistis ut caetera quae non novi, vel modo non recolo  
quod vos scitis a vobis mihi merear aperiri. Et maxime ut certior efficerer, si haec ita se  
habeant, aut in aliquo plus minuse dixerim quam excigit regula veritatis. Vellem enim si  
consenseritis haec et alia virtutum, quae charismata palam fieri concessis suis his, in quorum  
castris usque ad bravium, militavit, ut qui corpus eius habent in pignus salutis, habeant  
et occulta virtutum, ipsius insignia, quae ipse vivens noluit publicari, quid quid autem, utile ad  
hoc recolitis praesenti sedule subscriptis scedulae. Nam multa recolo quae hic cum brevita-  
-tis praeterivi, ut est constantia quam habuit in carcere Petri De Brillant, familiaritatis ad  
Dominum Popam, et multa alia in hunc modum, quae tamen vellem, a vobis plenius enarrari.

De captione illius et incarceratione. - Fama quod pater Michael supra dictus hujus sancti  
viri nepos causa brevitate captionem et captivitatem <sup>ipsius</sup> illius se proferre asserebat, ego quoque  
non penitus obmittam, ut scilicet ab omnibus vere sciatur quanta virtute constantiae Christi-  
-anum debellatorem, in hac tribulatione fortiter roboravit. Cum vero, sicut ipse narrante ali-  
-quando didici, pro caelis Antisiodorensis ecclesiae defendendis in carcere Petri captus esset, pro-  
-priis illius vestimentis irreverenter spoliantes cum mitra in capite apposita, ne videlicet  
persona esse ecclesiastica nosceretur, tunica ejusdem, armigeri vario colore colorata turpiter  
vestierunt. Mirum, assimilatus in hoc filio Dei, qui veste purpurea sine candida indutus est  
in opprobrium et derisionem. Sed quid faceret exul a patria relegatus in carcerem? nempe arripere  
-bat cytharam, sive organum spiritus sancti per alterum, sed tunc tunc proce manibus non  
haberet, corde tenus tam dulciter per allebat, inter parietes solus habitans, ut levius se habe-  
-ret, nec cum malignis spiritibus occasione praesentis infortunii amplius agitarer. Quod quidem  
sancti.



sancti sti opus tanto perfecit devotius ab angelis comitatus quanto ab hominibus  
secretius extitit segregatus. Et quum probata virtus corripit inquietos tanta aucto-  
ritate et auctoritate verborum proferonem suam comminando arguebat, ut etiam  
furore arreptus propemodum in ipis unferociter insiliret. Cui contra vir sanctus  
respondit, quod nec tantae temeritatis ausu, nec tanta presumptionis audacia  
eum irruere non deberet, quod sine dubio non impune aliquo tempore proteriret.

De familiaritate Summi Pontificis. — De familiaritate vero Summi Pontificis de qua  
et superius idem praeter mentionem facit ab eo similiter, et ab alio aliqua audisti. Quod  
cum ipse ad expedienda negotia venerabilium virorum Antissiodorensis et Auxiliensis  
Episcoporum Romam pluries expetisset et (circa an. 1209 in Regno in gestis Philippi Augusti regis Francie)  
ibi idem imprimis fortis adversarius invenit, et tribulationes multas et malas sustinuit,  
ades ut a praesentia Domini Papae per ostiarios turpiter expulsus foras eiceretur. Ob hoc  
siquidem quod nimis instantor pro causa sua summum Pontificem expetebat. Quo viso  
consodalibus eius quasi compatiendo potuit dicere ei: Modo potestis capere. Nec propter hoc  
certe ait non quiescam, donec ab isto magnifico Domino egredietur et splendor justitiae  
ejus. Id est desiderium cordis mei secundum, jus super hac causa plenarie fuerit con-  
-summatum. Et ideo humiliter et secure expectabo donec veniat petitio mea. Cum ergo  
<sup>peruicacia</sup> calliditate introitum et accessum, explorator sedulus observaret vel per se vel cum aliis  
ingredientibus se immiscens, quo cumque modo poterat se ingererat, cujus sedulitate,  
instantiam atque fidelitatem, Dominus Papa considerans quadam die ait illi: Legetur  
ipse litteras istas, quibus lectis dixit illi. Quid dicis et quid tibi videtur? Quid ego dicam  
Pater sancte, cum et ipse in conspectu tuo totus tremebundus et pavidus assisto? Verum-  
-tamen haec et illa legendo mihi esse contraria bene percipio. Quapropter Domine sanctis-  
-sime, quod nunquam ad Dominos meos verbum dubium reportabo, sin autem in  
meam patriam vacuus remeabo. His igitur verbis Dominus Papa exasperatus sedens in  
cathedra huc illicque se vertebat dicens ita. Vis contendere mecum? Et quia sicut  
ipse dixit mihi Dominus Papa Innocentius III<sup>us</sup> hoc in se habebat proprium, ut quos in  
suo negotio esse sollicitos cerneret, mira eos affectione diligeret. Unde et ad ultimum  
si non eo quod amicus ejus esset quasi per improbitatem, illius dedit ei quotquot habuit  
necessaria. O virum virtutibus plenum, qui nec proerogativa Summi Pontificis gratia  
her m




per superbiam status se jactat. Nec per minas et carceres ipsius proedonis tyranni-  
dem, et Joannes Herodem, ipse in carceratus fidenter arguere non formidat.

Hic igitur quae ante vel post Decanatum fecerit, explicatis ad felicem victor suae finem  
brevisiter recurramus. Post multum itaque temporis celesti afflatus desiderio Decanatu  
dimisso, habitu religionis assumpto, Prior Luviacensis extitit. Deinde vocatus ad nos  
venit. Qui nimirum, in utriusque Prioratus officio quantae virtutis quantaeque strenuitatis  
probilitatis et sanctitatis fuerit, procedentia declarant, cum et nobis impossibile sit  
ad plenum omnia aperire. In ipsa itaque die solstitii octavo satis a Luviacensi ad veniens  
Domum istam, causis arduis, periculis et difficilioribus vexatus, et oneratum invenit.  
Circum festum Angelorum, febris eum, quatuordecim diebus arripuit, quae illum usque ad dies  
ultimos, tanquam in purgatorio affligere non cessavit. Quae enim vox vel lingua  
retexere poterit quoties lacas pro causa terminanda adierit? Dominum ejusdem civitatis  
Episcopum interpellaverit, in ipsis itineribus eundo et redeundo frigore et ardore infer-  
mitatis propriae debilitatus de equo convulsum? Denique causis undique adjuvante  
Domino efficaciter terminatis sicut de beato Martino legitur decidit in lectulum, et  
cepit sanguinem, excreare. Ubi cum venisset vir eruditus Prior Stephanus de Balneolis  
vel de Espano constantius videns Sputa et excretae illius ex pulmonis putredine  
procedere, nunciavit hoc esse evidens, mortis inditium, et proximum illius obitum im-  
minere. Ego quoque cum secus eum, magistro Petro Porreta et ceteris specialibus  
amicis mei memoriam fecerat, consolabar eum, dicens, vos pristinam, miserante Do-  
mino recuperabitis sanitatem, nequaquam aut plimum extensum, quatuordecim et tremu-  
lando erigens quia mihi totam viam, jam video preparatam. Profuit itaque nobis  
fere per annum, et quadam, secunda feria illa vescente nobis presentibus obiit ad  
Dominum in senectute bona et plenus dierum.

De Joanne Priore septimo. — Hunc secutus est Joannes Procurator Lu-  
viacensis vir quippe juvenis et graciosus et qui in ministerio procuratoris Priori Luviacensi  
erat necessarius ipso procurante, subsequenti generali Capitulo misericordiam est con-  
secutus. Unde et in Domum propriam reversus statim in statum pristinum, est restitutus.  
ac per hoc uno tantummodo anno nobiscum, conversatus Prior fuit septimus.

De Bartholomaeo Priore Octavo. — Deinde Bartholomaeus Vallis <sup>procurator</sup> Petri




procurator Prior extitit septem annis, et octavus sub quo missae B<sup>tae</sup> Virginis Mariae sunt constitutae et redditus acquisiti quibus cerei et lucernae ardentes ad missas hujus beatorum Virginis quotidie celebrandas <sup>in</sup> debeant devote et venerabiliter debeat inflari. Beatorum vero Virginum tenere et specialiter diligebat. Cellarium et Dormitorium fratrum, sub eodem edificatum est.

De Priore nono. — Novus Prior fuit ex nostris monachis unus, qui eadem die qua constitutus est Prior scilicet quarta quadam feria, iter eundi ad Capitulum generale arripuit, ad quod cum venisset vis a personae ejus despicabilitate et insufficientia, fecerunt ei misericordiam, feria secunda mane prima die videlicet Capituli generalis. Unde luce clarius constat quod non amplius quam per duodecim dies Prior extitit constitutus.


De Joanne Priore X<sup>o</sup>. — Iterum post istum, profuit supradictus Joannes procurator Lusigniaci, qui Prioratum Digne et laudabiliter rexit tribus annis, et fere ultra omnes antecessores suos interius, et extra, amabilis extitit et gratus. Quia vir erat a juventute per consuetudinem procuratoriae industrius et magnanimus, Capitulum cum capella de super ad sui dispositionem constructum est, quamvis a predecessoribus suis sub alia edificationis forma ejusdem Capituli fundamenta jactata primitus extitissent. Dicebat enim non longe post futurum, quod profecto duo altaria in ordine haberentur, et idcirco superius ad secundi altaris opus tabulam lapideam, sacrasium, etiam ex una parte et armarium, ex altera proeparavit. Claustrum quoque postmodum, cum magna instantia incepit, sed morte praeventus non usque ad perfectum pervenit. Hic itaque in reditu Capituli generalis infirmitatem, incurrit in Abbacia Bellevillae canonicorum regularium, quae est intra domum Bellioi in claustris honorifice sepultus est.

De Bartholomaeo Priore XI<sup>o</sup>. — Bartholomaeus noster monachus quatuor ferme annis Prior extitit undecimus. Vir profecto ingenio perspicax affabilitate facundus, societate amabilis et jucundus adeo ut in quorumcumque societate consideraret, statim ex ejus presentia et hilari colloquio omnes laetificaret. In tempore suo refectorium, ex majori parte constructum est, postea et ipse appositus ad patres suos in juventute bona sepultus est juxta domum Britium, sicut et superius hoc praescripsi.




De Stephano de Argeno Priore XII<sup>o</sup>. — Post Bartholomaeum Prior extitit  
Stephanus de Argeno oriundus nobilis genere vir vultu religiosus et religiose quatuor an-  
-nis monasterium rexit. In illius tempore testis pars claustræ, quæ perficienda restabat,  
consummata est. Terram quoque de Iovenis, campum etiam qui appellatur campus Comitis  
et quasdam alias possessiones domini acquisivit. In officio divino sive in ecclesia sive ubi-  
-cumque esset, si dictionem, vel etiam syllabam, sese præterisset periperet, statim sumpta  
venia etiam plus quam debebat nimis sæpius repetendo iterabat. Hoc autem infortunio  
toto tempore suo multam caritatis fatigatus. Quod nimirum ex labili memoria vel potius  
forsitan ex timore serioris et seriore timoris prætermittendi aliquid eidem credimus acci-  
-disse. Hic itaque ea nocte qua obiit dicto completorio ipse suum tenuit silentium, post-  
modum vero temporis vocato procuratore dixit: Domine labia mea aperies. In ci-  
-pientes igitur, qui illi pernoctabant, matutinas, ipso etiam, cum eis per almodiante cum  
continue primam, explicarent, ecce eisdem, dicentibus Pretiosa in conspectu Domini mors  
sanctorum eius, et ipse ut vere credimus animam, in conspectu Domini reddidit pretiosam,  
cujus videlicet corpus a nobis cum cæteris Prioribus est sepultum.

Scripturus deinde de quodam monacho, inspirante ipso qui linguas infantium, facie  
disertas et multas loqui, ea quæ de illo vera senti, percepi et ab ipso didici pro modulo  
meo succedentium memorie commendabo, ut videlicet confiteantur Domini misericordia  
eius et mirabilia eius filii hominum, et sancti eius benedicant ei. Igitur cum idem  
monachus infantulus esset et circa trium, et aliquantulum, amplius forsitan, annorum  
esset, quadam die æstivo tempore circa horam nonam, et aer a nubibus esset purior, exiit  
de domo foras in atrium, et erecto capite ad caelum vidit in visu manifeste quendam per-  
-sonam hominis ascendentem in caelum, modo elevatam brachia, prout tibi videlatur,  
nunc vero demittentem, ut scilicet more avium, rursus ea entendens fortius insolaret. Et  
dum elevata haurum, cervice fixis in eum, oculis intendere, cogitabat ut parvulus intra  
se dicens, jam aperiet <sup>Domini</sup> Domus <sup>Domus</sup> fenestras meas, et quia vestimentis variis coloribus colora-  
-tis indutus existeret, et proe splendore solis clarius existeret, avum, cuius id est patrem,  
in atrio suo, quia et ipse rubricatis vestibus tunc utebatur, memorans in mente no-  
-minabat. Illo videlicet vocabulo, quod quidem, vocabulum, infantulis loqui disertibus  
proprie edocetur. Haec semel cum vidisset, ad novam zonam et candidam, quæ præcinctus  
erat.




erat, sicut moris est dare blandiendo puerulis, caput deflectens inspiciebat, sed mox iterum  
elevatis oculis in coelum, haec eadem, sicut prius contemplatus est; lectio quoque non vidit,  
prout ipse non solum, mihi soli sed et pluribus soepe testabatur, quod etiam ut magis credibile  
habeatur sero Domini parentibus suis indignis, sedentibus, et eum inter genua collocantibus, au-  
- dientibus quoque ceteris, qui aderant, elevans simpliciter brachia sua retulit dicens. Ego vidi  
meo oculo, longe sursum, qui ita faciebat deponendo brachia sua et iterum extendendo,  
ad quod profecto mirabantur omnes et mutuo se respicientes dicebant. Quid putas puer  
iste vidit. Alius dicebat fortassis aliquam grandem avem vidit volitantem. Alter vero alius  
sed ipse nihil respondere sciens tacebat, ea tamen quae viderat conferens in corde suo.  
Sane illud quod vidit postmodum soepe recogitans utrum angelus esset, qui ad coelum  
ascendens rediret, et rediens ascenderet ignorabat, et proecipue qui a Apostolo dicit,  
quod administrant spiritus sunt propter eos qui hereditatem capiunt salutis, et beatus Gre-  
-gorius similiter asserit, quod angeli graeci latine nuncii nominantur ac per hoc ad nos  
administrant aliquid aliquando a Deo transmittuntur, cogitabat etiam, quod forte esset  
anima iustis et justis quae tunc exuta a corpore in coelum conscendens volaret, vel  
potius ab Angelis deferretur, cum procul dubio in plerisque sanctorum scriptis legamus  
iustorum animas in coelum Angelorum ministerio deportatas fuisse. Omnibus tamen diebus  
vitae suae istiusmodi visionis non immemor rogabat aliquando Dominum, qui abs condi-  
- torum est cognitor, non visurum se mortem donec ad tantam puritatem cordis et munditiam,  
nec non et corporis innocentiam perveniret, ut tertiam quoque visionem, cuiusque fuerit  
significationis et effectus tibi misericorditer ostendere dignaretur.


De visione in qua apparuit ei beata Virgo Maria. — Post aliquot autem annos cum  
idem ipse monachus iam litteras didicisset, coepit ante altare et imaginem dulcissi-  
-mae Virginis et genitricis Dei stans regioque coeli et terrae humiliter genua flectere  
iunctis manibus directis ad illam oculis confidenter aspicere, et illud gloriosissimum Ave quod  
Gabrielis dulciter sumpsit ab ore supplicando soepius ac venerabiliter praesentare. Cum  
hinc tam sancto exercitio devotus ac sedulus insisteret, nocte illa, quae diem sabbathi  
procedit, in qua potissimum die pretiosissimam, Dominam, nostram, gloriosius laudare,  
benedicere et prodicare sancta convenit ecclesia vidit per somnium, se esse super pelli-  
-cis quodam candido etque delapser cappa rotunda et nigra vestitum, ita ut a parte  
pedum.




pedum inferius superpellicium candidum, ipsa a cappa longius circumquaque videbatur. Sed et per aperturas quoque ejusdem, cappae superius per quam manus ab intus foras extabantur, candor manicarum superpellicii apparebat. Tali itaque vestitus indumento incedebat juxta rubrum quemdam, condensis spinarum aculeis refectum, a sinistris. Ad dexteram vero spatiosa praeterea virentium, amoenitas quamplurimum sibi complacens aridebat. Haecce excellentissima summi Regis mater et filia praedulcissima Virgo Maria filium Dei unigenitum, habens sedentem in gremio apparere ei dignata est, ita elevatis scilicet paululum, brachiis manibusque ad eum extensis, ut profecto intelligeret quod ad eam advocatus accedere debuisset. Quam cum aspexisset et eam matrem esse gratiae et misericordiae veraciter percepisset, statim se cappa illa expoliavit et in terram projecit. Et sic in superpellicio candido remansit, et totus sine macula in albis apparens, ad eam elevatis in altum, brachiis quanto citius potuit cucurrit, ac si eam, vellet perdulciter amplectari. Sed quid? tanta mentis suavitate, tanta animae exultatione, tanto gaudio in Spiritu sancto tantoque ineffabili cordis jubilo in hac expoliatione et occursum concito absortus et repletus existit, ut totus exutus omnino corpore sibi et videretur. [Quam utraque visionem sicut ab eo didici, quandoque solebat taliter interpretari. Cappa nigra et rotunda, ait, caro mea est sive corpus meum. Quia sicut cappa corpus circumdat et protegit, sic quippe corpus animam girat undique et cooperat. Porro quia a sinistris, quae adversa significant, juxta repletum, plenum spiritus mihi videbar progredi, tentationes et illicitos motus corporis, tribulationes et angustias cordis, quorum stimulis cunctis diebus quibus nunc milito, fungor et torqueor, possum non immerito appellare. Et quia subtas cappam, superpellicio quodam, candido induerem nimirum animam meam fore existimo, quam etiam corpus corruptibile aggravat et deprimat, tamen ex eo quod innocenter pro viribus meis vivere cupio munda plane et candida est. Et rotandam, quod duo contraria sibi invicem jungebantur, albus scilicet et niger color. Niger, nigra cappa videlicet corpus id est homo iste exterior, qui quamvis adversitatibus quamplurimis pro peccatis incessanter affligitur, verumtamen, color albus id est superpellicium candidum, anima scilicet mea, homo scilicet interior Divinis consolationibus de die in diem renovatur. Quia sicut dicit ipse Apostolus, haec unum habemus in vasis fictilibus. Quia caro concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem, sane



Sane quod a Dextis, quibus prospera intelligi dicuntur, videntur pratorum amoenitas  
michi complacens applaudebat. Dulces sunt lacrymae et aspiratio consolationis intimae,  
quibus medullitas irrigabatur assidue. Et tunc profecto erant prava in Directa et aspera  
in vias planas. Deinde quod ipsam, superpellicium candidum, a pedibus et ex omni parte  
cappae longius videbatur, et similiter per aperturam, ipsius cappae dicti superpellicii  
alboe manicae apparebant bonas et puras operationes propter Deum spiritaliter factas  
significari arbitror, quia et ad opus bonum, peragendum, pedibus itur et per manuum  
officium, efficaciter consummatur. Omnes quidem bonas operationes plurimum profuturas  
futuris temporibus Christi servitio dedicandas consecravit et consecrandas Dedicavit.  
Super eo namque quod visa a beatissima Virgine cum filio et cognita statim me illa capere  
exiit, et in terram projecit fidantissime sperans dico ipsam piissimam colorum Reginam  
ad meum obitum, et exitum praesentem, assistere et deposito in terram carnis velamine et  
hoste maligno protegere. Et in ipsa hora mortis me ad se immaculatam, et candidam,  
advocare. Quod ut sane a faciem eius in confessione merear pervenire, huius visionis  
memor aliquando in hymno, quem ad horas illius quotidie persolvimus, spectans genua,  
et terram sive lignum, vel lapidem, devota deosculans precor michi eam, praesentem fieri  
in meo sicut exitu de Aegypto. Hoc ipsa visio in praedicta nocte sub tali similitudi-  
-ne michi Dormienti apparuit. Impleto igitur hoc mirabili somnio et secundum expo-  
-sitionem illius diligentem descripto, ego quoque huius operis conscriptor quidquid virtutis  
et gratiae ex eo consecutus sit - quam plurimum, plurimisque cens eo profuturam, his nimirum,  
qui speciali prerogativa huic Deiparae Virgini voluerint describere. Illud tamen som-  
-nium nunquam ulli plene mortalium, nisi michi tantummodo toto vitae huius tempore  
voluit revelare. Et certe quo secretum apud homines occultabat, eo apud Deum clarius  
elucebat. Propter illud forsitan, quod adhuc lucerna ardens non super candela brum, sed  
adhuc sub modio posita consistebat. Neque his qui in Domo Dei vigillant lucis huius  
radios plenius emittebat. Nam sicut Ioseph qui plures accrescens dicitur, ex somnio  
quod de patre et matre et fratribus vidit, in revelando Pharaoni sacramentorum se-  
-cretis ac mysteriis excrevit et profecit, sic et iste ex sua visione et somnio apud  
Dominum omnipotentem, et gloriosam eius genitricem, crevit et profecit quotidianus  
atque incessabili <sup>Sto</sup> limitatis officio. ] Ab illo itaque die et tempore, quo istam  
mirabilem



mirabilem vidit visionem, quamvis in peccatis positus, non fuit quin ejusdem visionis  
 aliquoties memoraret.] Cum autem divina misericordione inspiratus ad sacre religionis  
 perfectissimum gremium convalescet, cepit recogitare omnes annos suos in amaritudine  
 anime sue. Et quia venit tempus miserendi ejus, primo proposuit in animo ut quinque  
 illam, salutiferam, beate Imperatricis et perpetue Genitricis Marie salutacionem, genu  
 flexo devote horis singulis exolveret. Sed facta postmodum generali confessione, crescit  
 pariter quotidiana devotionis fervore, aggrediens iter securus viator, quo ostendit illi  
 Dominus salutare suum, ut profecto illic suam, quae sibi apparuerat, dulcissimam,  
 Dominam, majore laudis sacrificio amplius honorificet, elegit ex intimo cordis affectu  
 illud Ave Angelicum, cum beatificatione sanctissimi fructus ventris sui tam de die quam  
 de nocte centies presentare. Adiciens etiam, huic tam sancto operi hanc humillimae  
 devotionis et venerationis formam, quatenus videlicet ad singulas salutaciones nudato  
 capite genua plecteret, junctas manus haberet, osculum terrae, ligno vel lapidi daret,  
 prout sibi et orandi locus se offerret: quandoque etiam dulcis fons lacrymarum facies  
 exterioris irrigaret, et animam interioris dulcoraret. Recordabatur etiam se in miraculis  
 beatae Marie legisse ipsam, sibi et mundi Reginam videlicet sanctimoniali devote  
 apparuisse, et eam verbis consolatoris proemonitam fuisse, ut si videlicet ea vellent,  
 quae sibi impendebat servitia magis ei proficere et eidem Virgini amplius complacere, non  
 tam veliter de cetero Ave Maria pronunciaret, sed maxime cum diceret Dominus tecum  
 prolixius recitaret. Quia, ut aiebat, modus hujusmodi audi, quem tunc ab angelo suscepi, ulli  
 non potest verbis proferri. Et sicut mihi tunc audiendum fuit ineffabile, sic et nunc cum mihi  
 dicitur attentus Dominus tecum, Angelica salutacione. Unde et hic homo Dei hoc exemplo in  
 amorem, de ipse Virginit in tantum ardentior affectus est, ut cum diceret Dominus tecum,  
 ab hac syllaba sibi et le usque ad sequentem syllabam, cum morosam, cum cordis dulcedine  
 et oris aspiratione faceret stationem, et protaheret dictionem. In festo autem Assumptionis  
 ejusdem Virginit quolibet anno eandem sanctae salutacionis consuetudinem, duplicans sibi et his  
 centies, eam affectu ferventiori huic tam excellentissimae Domine persolvere conabatur. Ceteris  
 vero octavarum diebus septies viginti vicibus illam gloriosam honore consimili salutabat  
 similiter et in aliis ejusdem venerandae Virginit festivitatis id ipsum quod pro dieris  
 peragebat. In hoc namque tam sanctae servitatis officio per triginta annos et amplius ut creditur  
 impetigebat.




infatigabili furore perseveravit. Quod si forte aliquoties infirmitate corporali vel negotio  
temporali detentus numerum, protractum, minime perficeret, quam cito poterat, recuperare  
festinabat. Hanc ergo fratres charissimi mirabilem visionem, ideo sub silentio pertransire nolui  
ut et nos tam sanctum, illius viri Dei imitemus exemplum, quatenus saluberrimis ejus Deę  
beate Virginis salutationibus jugiter intenti, ab ea de hoste protegi et in hora mortis suscipi me-  
reamur. Amen.


De tentatione quam habuit post votum, et de consolatione. - Cum autem complacuit Deo, qui  
istum sanctum Dei virum, segregavit de utero matris suę et inspiravit in cor ejus, ut esciens  
de terra Egypti id est de hoc seculo, ad terram promissionis ascenderet, ad  
tutissimum, scilicet sanctę religionis portum; petita tibi paternitate Divinis et concessa dante  
ei etiam tempore sua disponendi, simulque assignato termino revertendi et assumendi he-  
bitum ordinis. Excitatus, adfuit totius boni indicator callidus et turbator. Certe si quidem  
continuo molestia surrexit in mente, tentus diversarum cogitationum, tumultus versabatur  
in corde, ut jam fractus animo et pene exanimatus permitteret se votum intrandi religionis,  
unquam fecisse. Unde cum ad disponendum de rebus suis vel reconciliari patri suo vel  
quod fraude ei subtraxerat s. altam simplicem restituere revertatur; semetipsum reprehende-  
bat dicens, quid est quod fecisti? Ut quid, qui liber eras et ambulare poteras quo volebas,  
nunc cingit te alius, et ducet quo tu non vis? Certe uxorem de cetero ducere non poteris,  
hujusmodi operatione voti irrevocabiter obligatus, quinimo ad aliam si non poteris istam  
sustinere, oportet te ex inevitabili necessitate, transire religionem, <sup>ambles?</sup> qualibet mitiorem. Cum  
profecto temporis erat mos religionis celebris, ut quicumque se voto intraturum religionis  
astringeret, si nimis videlicet tibi Ordo austrius videretur, ad alium s. altum, ordi-  
nem, leviorum, descendere teneretur. Toto itaque illo tempore, quo pro expediendis rebus suis  
in seculo demoratus extitit totus in hujusmodi agone certaminis positus, fallacis inimici sug-  
gestionibus et illecebris carnalibus prout poterat repugnabat. Imo pavore et tristi soliti-  
tudine horas, dies, hebdomadas discutens, quando debuisset suscipi computabat. Sed cum  
dies ei assignatus assumendi habitum, instaret, nec ei amplius differre licuisset, arrepto  
itinere solus per viam maris gradient tota die illa apud semetipsum turbatus, importunis co-  
gitationibus impugnabatur, et ex cordis interno amarus gemitus et alta suspiria emittebat.  
Unde et soepius intra se cogitans et dicens dicebat. Gratia hac ipsa a Deo habita alio longe tuo  
Pissimili




Dissimili veteris. Dicebat enim quod quanto dies suae receptionis propinquabat, tanto  
acius hostes antiquos ejus animum variis cogitationibus confundebat. Verumtamen,  
hoc solum inter haec omnia habebat dulcis consolationis refugium et refrigerium, quod  
videlicet consortio sanctissimi cujusdam viri, qui illum sacris suis exhortationibus ad  
religionem, attraxerat, sociandus esset et pariter et jungendus. Propter quod et dulcissimum  
habebat in via illa qua ambulabat, recordari quantis precibus quantisque Patrum exemplis  
et auctoritatibus illum abstrahendo, ad Dominum, qui omnes vult salvos fieri, allexerat.  
Unde praeter alia ex illis Apostoli sententiis frequenter et affectuose illum consueverat  
exhortari dicens. Non sunt condigne passionis hujus temporis ad futuram gloriam, quae revelabitur  
in nobis. Et non coronabitur quis, nisi qui legitime certaverit. De Deo enim, his auctoritatibus  
breve ac congruum, tale supponebat exemplum. Fuit quidam, clericus dives et delitiosus,  
qui utique inspiratus a Domino, considerare cepit in animo, quod omnia vanitas et cuncta  
quae sub sole geruntur labor sit corporis et afflictio spiritus, et quod grave sit jugum super filios  
Adam, a die exitus eorum usque in diem, sepulture in matrem omnium. Et illud Apostoli  
dicentis, nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium, quod nec auferre quid possimus,  
nec non et illud beati Job, Nudus egressus sum, de utero matris meae nudus revertar illuc.  
Despectis igitur cunctis facultatibus suis cepit ex proposito ad fratrum, quorundam religi-  
osorum, monasterium pergere, ut ibidem, Deo cum dictis fratribus regulariter Deserviret.  
Ipso autem adhuc in itinere posito cepit pavere et tædere. Et poenitens divitias, quas dese-  
rebat, ad memoriam revocare. Et sicut canis ad vomitum revertitur, sic et ipse primo ad  
propria quae reliquerat, reversus est, secundo quoque ad seipsum rediens recitare cepit  
omnes annos suos in amaritudine animae suae, et quod sic in hoc saeculo diu non vivitur,  
sicut prius iter arripuit et iterum, deceptus tanquam sus in volutabro luti terrenis vo-  
luptatibus se involvens per aliquantum temporis volutavit. Certe a vero vice videns  
se ludibrio Daemonum, male decipi clipeo discretionis a Deo fortiter armatus erexit  
se contra se, et alte<sup>er?</sup> pro expedimento ad currendam, viam succinctus semetipsum pro-  
tinus versus coenobium, in rapidum, cursum dedit. Dum ergo infatigabiliter curreret  
vox divina spiritali ejusdem Abbatis Patris facta est dicens: curse, sus cipe Athletay  
meum. His nimirum sancti viri consolationalibus, quae ab eo quondam, audierat  
profectus monachus aliquantulum confortatus dictatorem profecit et ad hospitium sero  
peruenit.




peruenit. Postera vero die rosâ juxta morem Ordinis corona cum suam vidisset  
caesariam, in terra dispersam, apposita manne capiti suspirans palpat et dicens,  
Ha Domine Deus. Sed ipso etiam, vestimentis Ordinis induto et in cellam similiter  
introducto cum providens in oratorio genua inuicasset, ex magna cordis amari-  
tudine coepit vehementer flere, cum et coeteri fratres qui aderant has lacrymas  
ex devotione erumpere vestimarent. Erat autem, ipsa die praecipue solemnitatis  
vigilia, in qua abstinentia a fratribus fieri consuevit, et idcirco nihil aliud quam  
duo fructa panis scilicet triticeae ac siliginis data sunt ei, quo utique pane siliginis  
ad prandium, cum aqua tantummodo usus est. Propter quod ad matutinas ex defectu  
solitae refectionis sensit illud psalmistae dicentis, genua mea infirmata sunt a  
jeunio et caro mea immutata est propter oleum. Et ut prior etiam, et purgatior  
atque dignior amplius ad percipiendum, Dominum, Dei altissimi tanquam aurum, in for-  
nace probatus, prout dixi, cresendo de die in diem acrioribus angustis excoqueretur  
praeter suum germanum, cum audisset ipsum religionem fuisse ingressum flens et ejulans  
venit ad eum. Cujus profecto lacrymis si antea dolor et afflictio vehemens extitit, ultra  
modum vehementior postea fuit. Ipso itaque per tres dies in eodem statu amarissimo  
permanente, die videlicet tertia, quae Dominica tunc fuit, post matutinas in oratorio  
suo pro dolore cordis et tadio afflictus obdormiuit, cumque vocatus ab infirmario  
evigilasset, et ad ecclesiam properans introisset, ecce pater miserator ecce paracletus  
consolator, ecce verissimus et promptissimus adiutor in opportunitatibus in tribulatio-  
ne. Qui sicut dicit Apostolus, fidelis est et non permittit nos tentari super id quod  
possumus sustinere, sed facit cum tentatione proventum, famulum suum, prout ipse  
mihi retulit, sancti Spiritus illustratione consolari voluit, hoc modo. Cum igitur ad  
horam primam, cum coeteris canentibus stans et ipse caneret, factus est repente de caelo  
Spiritus sancti adventus descendens super verticem capitis et e vertice per omnia membra  
et penetrans omnia interiora usque ad divisionem animae et spiritus, consurgens  
quoque et medullarum, tanta statim inundatio lacrymarum, tantusque fluminis impetus  
austro flante passiter secutus est, qui locificaret civitatem Dei, animam scilicet istius  
viri et sanctificaret eam altissimus, adeo ut impleta quae erant viscera afflata sancto  
Spiritu, ac proinde dulces genituras et melliflua suspiria tota die illa et aliquo post-  
tempore.



155  
tempore idem vir beatissimus eructaret. Et sic factum est ut secundum multitudinem dolorum  
morum, quos longo antea tempore in corde suo sustinuerat ultra meritum, postmodum  
quasi in ictu oculi consolationes Dei illius animam, loctificarent. Quae nimirum novitate  
et inconsuetâ dulcedine ac laetitia in virum alterum proculdubio permutatis, quoniam  
res esset, quae ei in momento acciderat ad seipsum attonitus vehementer mirabatur.  
Abaxime eum non solum ab omni dolore cordis et angustia, quae eum tanto tempore vexa-  
verat, liberum se omnino cerneret, verum etiam mirae suavitatis abundantia se repletum  
esse interius exultaret. Unde et infra cordis intima reliquias cogitationis diem festum agere  
ex crebris suspiriis ipsa suavis aperissime demonstraret. Quae enim lingua, quae  
vox, ut ael at, mortalis hominis plene poterit exprimere illam mirabilem dulcedinem,  
illam ineffabilem, mentis suavitate, illam inenarrabilem, cordis jucunditatem, illam  
profundissimam, animae jubilationem? Cum et is cui hoc tam sanctissimi charismatis  
donum datum est voluit experiri, non valeat nec sciat etiam, utcumque brevissimam  
hujus inestimabilis boni scintillam, verbo tenus explicare. Et hoc quidem profitentur qui  
frequenter a Domino hujusmodi consolationibus visitantur, dicebat etiam quod quamvis  
non visibiliter ita tamen sensibiliter et efficaciter hanc infusionem spiritus in momento,  
videlicet in ictu oculi super se effluere sensit, quem admodum aqua baptismatis primo super  
caput baptizatorum infantium, effunditur. Deinde per totum corpus usque deorsum dilabitur. Unde  
huic tam speciali gratiae Dei beatus concordat apostolus dicens nos videlicet salvos fieri per  
lavacrum generationis et renovationis spiritus sancti, quem effudit in nobis abunde per Jesum  
Christum salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius heredes simus secundum spem vitae  
aeternae. [Et alibi: nos enim non spiritum hujus mundi accepimus sed spiritum, qui ex Deo  
est, ut sciamus quae a Deo donata sunt nobis, et iterum: pignus spiritus sancti accepimus  
in quo postulantes clamamus Abba Pater. Vos autem dilectissimi denique noveritis me  
idcirco tam studiosè tamque prolixè hujus monachi processum bellicosae conversionis et  
ordinem delitiosae consolationis descripsisse quatenus scilicet et legentes et audientes sciatis  
istum Dei famulum post tam longam tribulationem ad tantam repente cordis perse-  
-nisse laetitiam, pariter et quietem. Sciatis quoque hoc Deo, quamvis sit ei proprium mi-  
-sereri semper et parcere, etiam inesse proprium, ut profecto delinquentem filium, flagel-  
-lis corrigat, et tamen numquam propriae hereditatis solertè eundem custodiat. nec debet  
Poland




filius contra justam Patris disciplinam contumaciter murmurationis sicutum opponere. Cum praesertim talis correctio quantumlibet diuturna fuerit, ex Divina misericorditer prodeat moderamine. Sed nimirum proinde constantiter agendum est contra hostem, et fortiter dimicandum, cum psalmista dicat, Quia juxta est Dominus his qui tribulato sunt corde et humiles spiritu salvabit. Hinc etiam et alibi ipse Dominus per eundem psalmistam forte athletae suo veraciter promittit dicens, cum ipse os suum in tribulatione, eripiam eum et glorificabo eum etc. Unde cum beatus Antonius sicut legitur a daemonibus graviter esset vulneratus elevans oculos vidit Jesum rediit ad se influere, ac per hoc Domini praesentiam intellexit adesse. Dixit, ubi eras bone Jesu ubi eras et vox ad eum facta est, Antoni hic eram sed expectabam videre certamen tuum. At tunc autem quia dimicando viriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi et faciam te in omni orbe nominari. Unde cuilibet certanti patenter datur intelligi quod si pro nimia cordis amantudine ipsa dilatio correctionis ad vitam non cessit, patenter sustineat tempus operationis, visitationis et horam congruam consolationis. Nam ut ait beatus Augustinus, pro-ductior est poena quam culpa, ne parum putaretur culpa si cum illa finiretur et poena, proinde quomodo prudens et peritus artifex sigillum sculptens donec ad plenam sculpturae perfectionem, produxerit, semper meliorando tundere non desistit, sic summus Opifex filios suos ad optionis quamvis in humanis oculis tanquam argentum, exinanitam, clarescit, tamen ut pote, qui Hierus alen, scrutatur in lacrimis ad obtinendam, hujus visitationis gratia, mundiores appareant, flagellis et verberibus tundere nunquam cessat. ferum namque ut ita dicam, animae nostrae nequaquam, perducitur ad subtilitatem, acuminis, si hoc non eraserit longae lima correctionis. Propter quod Salomon filium, instruit dicens: Disciplinam Domini, fili mi, ne abjicias nec deficias, cum ab eo corripieris. Quem enim diligit Dominus corripit, et quasi pater in filio complacet sibi. Fort verba igitur asperae correctionis per-rigit Pater filio panem blundae consolationis. Non enim, obliviscitur misereri Deus, neque continebit in ira sua misericordias suas. Quin imo qui utique ad utilitatem, dat spiritum, dividens singulis prout vult, quantum vult, quomodo vult. Secundum ergo propheticae, vocem, in tribulatione positus, si moram tibi fecerit, expecta eum, quia veniens veniet et non tardabit ad profectum tuum. Prope est enim, ori tuo, ait Moyses, tamen si recto, cum quiesieris corde. Denique si differatur non auferetur. Rescit enim, tarda molimina




Spiritus sancti gratia. Quam utique gratiam et mihi miserrimo peccatori et cunctis puro  
Dominum colentibus corde quantum placuerit, largiatur. Amen.]

Item de alia consolatione. — Postea vero multo tempore praetermisso, cum se orationis stu-  
dio ad gradum, alteris curvatis genibus et cubitis prosternisset, sensit etque cor suum intra  
se concalescere, cecidit ei in mentem illa gratulabunda promissio salvatoris in Apocalypsi  
dicentis, Ego sto ad ostium, et pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad eum et coenabo cum  
illo. Quapropter dulcissimis subito <sup>suffusus</sup> lacrymis pulsatorum suum jam et ipse ab eo pulsatus,  
gemitibus inenarrabilis <sup>libus?</sup> pulsabat, ut apud eum, videlicet coenaturus ingredi dignaretur, et  
quam dulcis proesentia quamque efficax ejus esset promissio per inspirationem, certus efficaciter  
ac per hoc in amorem. Huius nominis ex tunc et deinceps sua satiatus gratia firmaretur. Quan-  
tum ergo ibi de torrente voluptatis Domini ipse potatus extiterit, quantum e sicut adipe et  
pinguedine illius anima saginata fuerit et repleta non est mecum evolvere. Nec scio, nec  
audeo, neque presumo, ut pote conscientia foetibus et labiis pollutis aliquatenus explicare.  
Veruntamen, ego puto prout id ab his, qui hoc experienter didici, quod in illa hora omnia  
interiora sua speciali devotione et dulcedine redunabant, ac proinde benedicebat anima  
sua Domino, et omnia quae intra se erant nomini sancto ejus. [Videretur etiam, ut certi-  
mo, si quis eum tunc aspiciere voluisset per exteriorem scilicet sanctae devotionis fervo-  
rem, cum ab ipsa sancta coenula surrexisset, profecto eum, mensae celestis fuisse partici-  
pans, aut certe in cellam, introductum fuisse vinariam, vel fortassis ex maximam cordis  
lectitiam spiritu sancto, non musto ebrium judicasset. Libavit itaque eum Dominus in illa  
admirabili cena, pane lacrymarum, et potum dedit ei in lacrymis in mensura. Hinc  
inde est quod beatus Bernardus sermone cinendo suum ad orationem, invitabat monachum  
prout memini taliter legere his verbis. In autem si collecto spiritu tuo ac vacua mente  
curis ante unum aliquod de altaribus prosternatur et Dominum, deprecatur precibus tuas  
deplorans miseras, confido in eum, qui dixit, petite et accipietis et fiet vobis, quod inde  
vacuus non exibis, quin potius recte dicere poteris quod introduxit me rex in cellam  
vinariam, et ordinavit in me charitatem. Prooque et ego tam proficuum et utile huius  
hominis Dei exemplum, ad imitationem, plurimorum sub silentio nequaquam volui praeterire.]

Item alia consolatio. — Illa autem die vix persoluto, more solito, completorio cum jam  
ad Dormitum concite properaret, subito ab inspiratione Spiritus coepit cor ejus ultra  
quam




quam exprimi potest; dulcorari atque ab ejus oculis defluentibus lacrymis illius facies pen-  
ter irrigari. Statimque conversus retrorsum vers a facie ad altare in terra prosternitur.  
Ibidem, quamdiu devotionis suavitas effervuit, immobilis permansit. Postea vero multo-  
tibus hujus visitationis dulcedinem, et effectum intra se recogitans mirabatur quam flux-  
-rimum, ut aiebat, cur Deus omnipotens et misericors super non orantem, non affectan-  
-tem, nec expectantem, ita improvise, ita inopinata, ita repente tantum in eo cordis dul-  
-corem, infuderit? Cum paulo ante in completorio persolvendo nihil tale sibi oranti eve-  
-nerit. Hac ut reor ex causa ut profecto quilibet Christi servus non solum dum orat, verum  
etiam dum dormit et vigilat, et quidquid aliud propter Dominum et in Deo faciat in cons-  
-pectu divinae Majestatis et potentiae, cujus oculis omnia nuda sunt et aperta, se semper  
consistere gaudeat ac prout uniuscujusque salute expedit certissime sciat, quod aeterna  
sapientia in qua nimirum vivimus movemur et sumus, quomodo et quando vult nos  
distributionem, gratiae ordinem et mirabiliter et disponat. [Unde sanctus propheta Helyas  
se indesinenter ante Dei oculos profectus consistere dicens. Vivit Dominus in cujus conspec-  
-tu ego sto. In hoc atque nobis petenter insinuans, quod nec ad momentum quidem temporis  
ulla creatura visibilis sive invisibilis a potentissima Dei praesentia omnia contemplan-  
-tis unquam separari valeat similiter vel abesse. Quod etiam Jacob considerans ait:  
Deus in cujus conspectu ambulaverunt patres mei, Domine qui passis me a juventute  
mea. Sane super eo quod iste vir bonus tantam tunc super se subito confessus est ecci-  
-disse juvenilitatem, gratia Spiritus sancti ut aeterno recte potest intelligi, quia sicut ab  
alto aliquid repente et improvise nit inferius, sic Spiritus Domini, qui licet totum or-  
-bem terrarum repleat et contineat, tamen illius adventus efficacia multoties videtur  
cadere dicitur ut videlicet a recipiente secundum capacitatem, ejus et Spiritus sancti  
largitatem, fortius, strictius et certius teneatur. Unde et in actibus Apostolorum, factus  
est repente de caelo sonus advenientis spiritus vehementis. Et iterum, et adhuc loquenti Petro  
verba haec cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Porro etiam illud  
ineffabile quod se jam ab oratione completorii retrorsum, everso sibi spiritaliter contigit,  
illi sententiae Haei prophetae potest non incongrue assimilari, quae dicit. Et erunt oculi tui  
videntes proceptorum tuum et aures tuae audient vocem post tergum momentis. Ne  
si aperte eidem servo Dei a Domino diceretur, considera, responde et pensa quod  
non sit.




non sit volentis, neque currentis, sed Dei potius misericordis, cum nec scientem neque  
etiam appetentem ad amorem meum, per spiritum ad optionis et renovationis tue  
memorans, et te semper et ubique prospiciens, quasi a tergo misericorditer revocans  
etiam non amatus. Itaque fratres qui habitat in adjutorio Altissimi in protectione  
-one Dei celi commorabitur.]

Item de alia consolatione. — Rursus postea multo transacto tempore quadam  
die missa majori quam usque ad secretas celebrata, iste Dei famulus persolutis  
omnino orationibus privatis cum jam tibi nihil superesset dicendum, coepit cogitare  
-are quod illius quoque canonem, missae absque oratione aliqua minime pertran-  
-siret. Unde et septem psalmos poenitentiales in illa hora placuit spiritibus incho-  
-are. In scripto itaque jam primo psalmo, secundo quoque circa medium, sicut  
pluries facere contemimus, et ecce subito et insperate devotio quaedam mirabilis et  
feror spiritus, super eum effusus est cum lacrymis, ita ut stupefactus a dicendo  
quod coeperat, desisteret, secumque quiescendo plurimum miraretur, quid utique  
tam repentina devotio, tamque spiritualis unctio tibi significare et exprimere  
voluisset. Statimque retro paululum rediens animadvertit veraciter devotionem illam  
super se effusam fuisse, cum illam diceret, qui sic incipit versum, Intellectum tibi  
dabo et instruam te in via hac qua gradieris, firmabo super te oculos meos. Quam  
perfecto versum soepissime postmodum replicans pro maxima cordis suavitate sim-  
-pliciter interpretabatur ostendans quod semper eum Dominus in tali statu custo-  
-diret. Sed in hoc quidem stupefactus vehementer mirabatur, ut eum aliquando simi-  
-liter sancti spiritus consolationem sensisset, se medullitus illustratum tunc profre-  
-to aliquantulum, in ejus animo temporalis ambitio titillabat. Cum tunc procul  
dubio omnia prorsus terrena deberet despiciere ac certius ac ferventius ad coelestia  
inhiare. Accedebat etiam illud in mente, quod Sprotholus dicit, Omnia possum in eo  
qui me confortat. Sed misericors et miserator Dominus, qui novit de malo etiam bonum,  
eligere per aliam amaritudinis viam, voluit eum deducere in regionem suam ad  
coelestem scilicet patriam, ita ut postea ei ostenderet e contrario vias duras derisi-  
-ones videlicet, contumelias, despectus, et abiectiones necnon et alias tribulationes  
multas et varias, quas quidem antea nunquam passus fuisset, nec passurus, se Deinceps  
ullo modo




ullo modo credere potuisset. [In hoc igitur facto quantum perspicere queo hinc bono et simplici Dei viro, quem admodum et filiis Zebedee Joanni scilicet et Jacobo arbitror contigit. Nam cum adhuc esset cum sponso, et de mensa doctrinae ejus quærentur quædam splendide idcirco de dignitate prociumentis, matre interveniente, postulaverunt ut unus a dextris Dei et alius a sinistris sedere debuissent. Quorum intentionem benignus Magister intuens, eos per amaritudinem ad viam revocavit salutis, dum et illi se promittens bibituros suæ calicem passionis. Sic nimirum per amarum poculum, confessionis concite pervenitur ad æternæ gratiæ sospitatis. Hinc est etiam, quod beatus Paulus postquam extra scriptas usque ad tertium, coelum evolaverit, tamen postea re magnitudine revelationem, extolleretur, datum sibi fuisse absque confusione Angelum, sathane protestatur. Et in Actibus Apostolorum dicit: Ego vado Hierusalem, quæ in ea ventura sunt mihi ignorans, nisi quod Spiritus sanctus per omnes civitates protestatur mihi dicens, quoniam vincula et tribulationes me manerent. Quid enim mirum prætes, si hinc servo Dei ipse Dominus post tanta beneficia, quæ de eo supra retulimus aliam eruditionem, longe dissimilem, quam speraverat, intelligendo expertus est, ex ipso scilicet versus supra dicto dicente: Intellectus tibi dabo et instruam te, cum ipse cum Baptistam suam, super omnes nates mulierum majorem, pro cujusdam mulierculæ saltibus ita vilissime voluit decapitari? Res utis quod et quanto vilius et abjectius tanto altius et gloriosius meruit coronari? Denique quos amat Dominus arguit et castigat, et omnem, quem diligit, scilicet, corrigit et flagellat. Quid nos ergo miseri dicturi sumus qui pro patris castigatione emendari volumus. Ne per hoc vel parum, aliquid de hujusmodi bonis spiritalibus s altem aliquando degustare non permittimus. Beatus igitur homo, quem tu erudieris o Domine Jesu et de lege et unctione tua docueris eum.]

De laudabili consuetudine ejus. -- Inter hæc autem, iste vir Dei talem, quam pene omniseram, habebat consuetudinem, non solum nobis qui in presentiarum, constitimus imitabilem, verum etiam, et posteris similiter imitandam. Cum itaque ad matutinas surgendum esset, audita horologii pulsatione vel signi, hæc verba Apostoli tertio repetens dicebat. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio honor et virtus et fortitudo Deo nostro in secula seculorum Amen. Deinde signum salutiferæ crucis super se imprimens septem psalmos penitentiales incipiebat induendo se scilicet atque calcando, in hoc nobis evidenter insinuans, quod etiam tam breve spatium, molles viri sanctus a bono opere vacuum protere. -vire. h. vno




-vire, si vero vellet sibi accipere disciplinam dicitis tribus ps almis prioribus miserere mei  
 Deus cum quibusdam orationibus in accipiendo consummabat, quod utique genus poenitentiae  
 specialiter in quadragesima exceptis diebus dominicis et in adventu similiter et festis, nec  
 non et qualibet feria sexta. Vel cum forte ei quandoque fragilitas accideret, ferventi animo  
 persolvebat. Et quamvis superius in vita venerabilium, Patrum Stephani primi Prioris et Hen-  
 -rici anni, majora poenitentiae exercitia descripserim, cum etiam in ceteris religionibus gravia  
 -ra poenitentiae opera fiant, tamen nisi quod de isto Dei servo vere didici scribere non audeo  
 nec propono. Circa vero finem suum, in hoc sancto opere ferventius agebat. Et quo amplius  
 huius obitus terminum appropinquare cernebat, eo quotidie ad perfectionem, sancti certaminis  
 fortius insistebat, et tanto quotidie eidem, crescebat merces boni operis, quanto assidue  
 laborabat in laudibus Creatoris. Finitis autem septem ps almis cum antiphona ista, ne remi-  
 -nis caris Domine delicta etc... humiliter in terram projiciens litaniam dicebat, et ad singula  
 -sanctorum nomina in terra osculum imprimerebat. Per octavas igitur beatae Mariae matutinis  
 aliisque quae in hoc spatio secundum tempus solent exerceri, paulatim iterum tintinnabulo,  
 conveniendi scilicet ad ecclesiam, statim, residuum litanice <sup>noct</sup> repetebat dicens. Omnes sancti  
 et sanctae orate pro nobis, propitius esto liberanos Domine etc.. Quibus eundo ad ecclesiam  
 -finitis, cum jam ad ostium ecclesiae pervenisset sub silentio dicebat, introibo in domum tuam  
 Domine et adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo. Et hoc flexis geni-  
 -bus vel ad terram provolutus faciebat, nisi huius adventum socii impediret. Deum eccles-  
 -iam ingressus supplicabat graviter ac profunde ad altare positer et ad crucem intra se  
 -dicendo. Adoramus te Christe et benedicimus tibi quia per crucem tuam redemisti mun-  
 -dum. tuam denique ingressus sedem ibi in conspectu Angelorum ps alleluia. Deus omnipo-  
 -tenti, qui praesens est ubique et universa conspiciat, desiderans et totis medullis de-  
 -precans ut sicut illi cum laudant in excelsa beatitudine in coelis, ita quoque et  
 ipse eorum interventu ipsam laudare, glorificare et adorare mereatur in hac pere-  
 -grinatione in terris. [ Domine labia mea aperies et os meum annuntiabit laudem  
 tuam, o quam beati qui habitant in domo tua Domine, in saecula saeculorum laudabunt  
 te. Quoniam tu solus sanctus, tu solus Dominus, tu solus Altissimus Iesu christe cum sancto  
 Spiritu in gloria Dei Patris. Amen.


De excusatione Autho-ri. - His itaque expletis, quae in exordio huius operis celsi ad  
 honorem



honorum Dei et beatorum Virginis Marice atque omnium sanctorum simul etiam ad exemplum imitandae virtutis cunctis presentibus et futuris sum pollicitus describendis, firmiter ac veraciter noverit, quos optates charissimi, beata fraternitatis vestrae dilectio, me ea non inani jactantiae spiritu, sed ex pia devotionis affectu voluisse describere, et ne videlicet contemptus et negligentiae a summo iudice merito deberem redargui, si ea quae nostris quoque temporibus in sanctis suis mirabiliter operatur, et quae ipse propriis perspexi oculis et a bonis viris fide dignis vere didici sub inflectuoso silentio reticerem. Si enim, ut ait beatus Gregorius, viri justi atque perfecti aliquando virtutes suas praedicant, et bona quae divinitus acceperint, narrant, non ut sua ostentatione proficiant, sed ut eos, quibus praedicant, exemplo suo ad vitam trahant, et in hoc quoque imitatores Dei efficiantur, qui laudes suas hominibus loquuntur, ut ab hominibus cognoscantur, cur ego licet peccator et indignus laudem et omnipotentiam Dei creatoris mei non debeam praedicare? Ad hoc quippe perficiendum me profecto beatus invitavit Job (forsan legendum, Hieronymus) dicens. In vero si peccator es nihilominus confitere et lauda, noli cessare, quia inde promittitur tibi venia, unde et omnibus ut laudes. Sacrificium inquit psalmographus laudis honorificabit me, et illic est iter quo ostendem illi salutem Dei. Sicut etiam vos pro certo volens praeterca charissimi quia referri multoties a quodam audio, spiritus scilicet mortuorum semel bis tertioque vidisse, sed utrum ad virtutem debeat reputari, nescio, et ideo propter prolixitatem narrationis omnino placuit praeterire. Verumtamen post tres annos et amplius ut aestimo, postquam ea, quae superius descripseram in memetipso recogitare ceppi, quod hoc quoque bonum esset, si etiam quod mihi contigit, propter quosdam minus in fide firmos hoc in loco ducerem inserendum. Quapropter beatus Gregorius dicit, quod sunt nonnulli carnales, qui externa et spiritalia, ideo minus credunt, quia ea quae audiunt, per experimentum, minime noverunt. Qui radices cordis in amore praesentis vitae plantaverunt. Qui etiam sequentem vitam non quaerunt, quia et illam neque esse suspicantur. Sunt namque et alii qui more Sadoceorum damnabiliter seducuntur, sicut in Actibus Apostolorum legitur, qui profecto nec resurrectionem neque angelum, neque spiritum esse credunt. De quibus nimirum quidam pater extitit, qui plenus ira candida et tanquam desperans, me praesente, interrogabat dicens. Quidnam est anima? patenter in his verbis insinuans quod de fide diffideret, qui tam impia verba contra catholicam fidem proferret. Igitur



13  
cum essem in domo patris mei juvenibus annorum circiter septem et amplius, jacebam  
eram de nocte in lectulo, et vigilans sedente ad ignem familia domus. Erat autem ad  
pedes lectuli ostium semper apertum, quo ingrediebatur in stabulum equorum. De  
hoc itaque stabulo umbra quaedam post ipsum ostium egrediens quasi in forma juvenis  
adolecentis procerae satis staturae ad aliud commune ostium, quod plerumque in die  
et de nocte maxime claudebatur, contendit. Igitur elevata manu ad instrumentum  
quoddam parvulum, per quod claudi ipsum ostium consueverat et aperiri, quasi si  
inde egredi voluisset mihi videbatur. Sed quia spiritus carnem et ossa non habet inter  
columnam et ostium elapsus est, claudis tamen ostio penitus remanente. Igitur haec  
prima visio talis fuit. Secunda vero fere non dissimilis mihi jacenti in eodem lectulo  
et vigilantem apparuit. fuit autem utraque visio de nocte, et eadem hora videlicet quando  
ad matutinas pulsabatur. Ea ergo nocte procedenti, quam pater meus in crastinum Ieroso-  
lymitanam peregrinationem, itineris erat accepturus, his pulsatis ad matutinas campanis  
voluit pater meus cum quodam amico suo surgere matutinas pariter audire. Quibus  
se profecto ad ignem calcantibus ecce in ipsa hora astitit super limen ostii eadem  
forma, quam alias videram, et aliquantulum distinctus ibi stans et inhaerens me prope  
mihi visum erat, intuebatur, et ego ad ipsam me respicere similiter cogitabam. Inde  
etiam lente progrediens ad ostium pervenit supradictum, transiit itaque tali videlicet modo  
ut cum media pars ejusdem umbrae jam esset deorsum, alteram adhuc deorsum illabendo trans-  
ire conplexi. Post aliquantulum vero quod ignoro temporis spatium contigit, ipso quippe  
fecto die mortuorum cum amita mea muliere si quidem valde decrepita me ad matutinas  
ante ipsam proire, ea scilicet hora quam jam hora illucescente <sup>erat?</sup> videretur. Cum igitur ad  
introitum ecclesiae conversus tenderem, haec nigra quaedam effigies tanquam annorum octo  
cujuslibet pueri de porticu exiens ante me stetit. cui eum dixissem, quisnam es? statim  
reflexo retrorsum a tergo capite me intuens elevatis manibus a parte pedum evanescere  
cepit in momento coram me, et sic ab oculis meis ablata est. Amita vero mea cum  
audisset me dixisse quis es, dixit quid habes? vel quid est hoc? Respondi, nescio quid  
ego vidi. haec idcirco audacius et confidentius scripsi, quod beatus Gregorius in 5<sup>o</sup> lib.  
Dialog. multa de hujusmodi spiritibus ad edificationem dixerit plurimorum. Narrat  
itaque inter ceteras mortuorum visiones, de quodam presbytero, qui ad balnea quoties  
necessitas




necessitas corporis exigebat, lavandus pergere consererat, ibi quemdam invenit, quem  
hominem aestimabat, ad suum semper obsequium proparatum. Die vero quadam more  
solito ad balneum veniens ne ingratus viri illi, qui tantum toties ei servitium exhibuerat,  
existeret, panem secum detulit, et eidem juxta morem ibidem reperto obtulit, cui ille  
moerens afflictusque respondit, mihi ista quare das pater? Ille panis sanctus est, ego  
hunc manducare non possum, me etenim quem vides aliquando hujus loci Dominus fui.  
sed post mortem culpis meis hic deputatus sum. Si autem mihi prestare vis, omnipo-  
tente Domino pro me offer hunc panem, ut pro peccatis meis intervenias, et tunc exau-  
ditum te esse cognosce cum huc ad lavandem veneris et minime me inveneris. In quibus  
verbis disparuit. Et is, qui esse homo videbatur evanescente immotuit quod procul dubio  
spiritus fuit. Et sicut ipse petit postea dicto presbytero, veraciter actum fuit. Hinc exemplum  
illud beati Martini consimile miraculum, ad confirmationem presentis Martini placuit an-  
notare. — Cum ergo audisset B. Martinus quoddam monasterium et altare quasi in hono-  
rem martyrum a superioribus Episcopis fuisse constructum dixit se grandi discipulo com-  
-moneri, pro eo quod nomen martyris et tempus passionis nemo ei innotescere potuisset.  
Quadam vero die cum paucis fratribus ad locum perrexit, deinde super sepulchrum  
astans oravit ad Dominam, ut quis esset, cujus meriti, qui ibidem sepultus erat, osten-  
-dere dignaretur. hunc conversus ad laevam vidit prope assistere umbram sordidam  
et teneam, imperat ut nomen et meritum sibi edicat, nomen profert, confitetur late-  
-men, se fuisse ob scelera percussum, vulgi errore celebratum, sibi nihil cum m-  
-tyribus esse commune, cum illas gloria se poena retineat. Mirum in modum  
vocem loquentis qui aderant audiebant, personam tamen non videbant, et ita m-  
-lignus spiritus decessit, et monasterio cum altari radicibus everso, beatus Martini  
ab hujus superstitionis errore populum liberavit. Sed et hoc beati Germani non  
dissimile miraculum huic adnectere dignum duxi. Quodam itaque tempore cum  
iter hyeme egeret, ad vesperascente jam die coactus est jejunes et fatigatus subire  
hospitium. Quod nimirum propter infestationem immundorum spirituum habitans,  
reliquisset, ibique sarcinulis depositis, discipulis brevis coenula fuit ipso penitus  
abstinente. In ipsa vero nocte, cum unus ex clericis legere coepisset, et ipse Episcopus  
pro jejuniis et fatigatione dormitasset, ecce subito ante os legentis astetit umbra  
terribilis




terribilis et paulatim sub oculis erigitur. Erritans lector postulat auxilium sacerdotis, qui statim prosiliens effigiem imaginis intuetur, et premissa obsecratione nominis Christi, imperat, ut quis esset, quid se illic ageret, scateretur. Qui protinus terrore deposito humiliter voce supplicans eloquitur se et comparem suum multorum actores, fuisse criminum inseultos jacere, et ob hoc non permittere homines quietari, rogat tamen, ut pro eis Dominum deprecetur, quatenus recepti veniam mereantur. Ad hoc vir sanctus indoluit, imperat ut locum ostenderet quo jacerent, hunc vero cetero precedente ad locum, quo projecti fuerant, umbra ipsa illos deduxit. Illucescente autem die convocatis circumquaque accolis hortatur eos ut amota ruinos et lapidum congerie, fossam facerent, qua corpora sepeliri deberent. Inveniant itaque ossa adhuc ferreis nexibus copulata, quibus linteis obvolutis facta ab episcopo compuncta oratione, christi anse traduntur pariter sepelisse. Post hoc defunctis requies et viventibus data est quies, ac sine ulla terroris formidine profati incolae illuc redeuntes deinceps quiescerent.

Adhuc etiam ad majorem christi anse fidei exhibitionem hoc quoque quod nostris temporibus evenire contigit proteriens non sibi. Fuit miles quidam in nivernensi comitatu, cujus nomen a memoria exiit, habens nepotem et ipse miles, qui post mortem suam eidem avunculo suo tribus vicibus apparuit. Primo rogans ut testamentum suum persolveri faceret, et per Abbatis et monasteria pergeret rogaturus quatenus pro se pio miseratori preces effundere dignarentur. Secundo autem eidem apparuit regratians, quia, quod cum rogarat studioso ac sollicito peregisset, adjungens insuper quod ei iterum tertio apud bellam vallonem, ubi corpus ejus sepultum est, appareret, ea videlicet die, qua festum omnium sanctorum feria tertia evenisset. Miles tam hoc audito exterritus valde pertremuit, hoc ipsum quampluribus et prosequi viro discreto magistro Gualtero Senonensi archiepiscopo indicavit, a quo etiam tale responsum accepit multum scilicet sibi timendum esse, quippe cui, mortuus erat visibiliter loenturus. Ultimabat enim apud tam magnam Antistitem super hujusmodi eventu verba consolatoria invenire. Verumtamen profatus miles ad assignatam sibi diem et locum perveniens, viro valde venerabili et religioso Thomae Abbati ejusdem monasterii, ea quae sibi dicta fuerant a mortuo nunciavit. Qui benigne blandique ne timeret ad mortuum quod dicitur




743  
quod et ipse pariter cum eo vigilans permanseret. Cum ergo ambo simul vigilarent,  
et jam magna pars ejusdem noctis proteriret, dixit Abbas ad militem. Forsitan  
propter presentiam meam venire non placet, aut timet. Ego a vobis paululum  
absentabo. Vos autem secus hic remaneatis in Domino, quia vobis nocere non poterit  
prosecutio cum et ipse, prout sentio, nihil aliud quærit, quam sibi per orationes justorum  
et suffragia subveniri. Ipso vero ab eo recedente statim ei apparuit dicens, multum  
hiquidem die vos expectavi, cur propter me pertimescitis et de me dubitatis? paucis ad  
modum sermonibus tibi ad invicem habitis nepos mortuus viventi avunculo dixit, non  
me die pro Deo retineatis. cui avunculus respondit, quid igitur boni a me recedens, de  
quo perficere valeam ad salutem anime mee, mihi narrabitis? At ille dixit. Diligite  
Abbatem Domini et sanctam confessionem. His dictis stans ante illum evanuit in mom-  
ento. Sane postea cum idem presertim Abbas nos charitatis intuitu visitasset, nobis  
invicem de hujus militis apparitione conferentibus, quæsiit ab eo in qua forma et sub quo  
habitu apparebat. Respondit, in ea quidem similitudine et vestitu quo antea vivens ute-  
batur, excepto quod pedes et manus illius predictus miles nequaquam peripere potuit,  
nec videre. Interrogatus iterum a me dictus Abbas, qualiter ~~et~~ discessit ab eo, dixit,  
quod in momento evanescens disparuit coram ipso. His igitur sanctorum exemplis  
ad medium deductis, quisquis post mortem, spiritus defunctorum, vivere diffidit, ultra jam  
non dubitat, quin potius pios in requiem, æternam et gloriam superius ascensos, impios  
vero in poenam perpetuam, et dolorem, fortiter credat inferius descensos. Verum quod b.  
Gregorius de quodam Paschasio et de altero de quo paulo præmisi superius quibusdam  
apparuisse necnon et post obitum, pro eis factam, a locis penalibus liberatos fuisse.  
Sed et diversa purgatorii loca esse commemorat, plurimum scire vellem, utrum et  
ille spiritus quem me bis supra profiteor vidisse in illius forte præfati stabili loco ad  
peragendam, sui ipsius purgationem, fuerit Dei iudicio mancipatus. Nam et ipsam  
domum patris mei in coemeterio iuxta ecclesiam constat ab antiquo fuisse construc-  
tam, maxime quod plerumque cum infra eandem domum occasione aliqua  
offodi oporteret ibidem ossa mortuorum indivisa multoties reperisse. — finis

Hanc historiam, quæ ad calcem hujus chronici ab altero  
anonymo autore descripta est, hic inseruimus.




797  
Istud factum contigit apud castrum Alestem in regno Francie juxta  
civitatem Giticensem, et est verum ut dicitur sicut in evangelium anno Domini  
M. CCCXXIV. (1324.)


Ego pater Joannes Gobi Prior in conventu Alestino fratrum Predicatorum,  
rogatus per meliores homines De Alesto, ut irem ad domum Guillelmi de Corvo,  
in qua per octo dies vox quaedam fuerat audita per multos homines et meliores  
De Alesto, licet invitus iverim, ad probandum tamen an esset fictitium vel illusio  
Daemonis, vi. Et venerunt mecum tres patres scilicet pater Joannes Bonafessi  
lector Philosophica, pater Segadatus Duranti, pater J. Radulphi de Amiliano et plus  
quam centum seculares, inter quos expresse cognovi et venerunt mecum Dominus de  
Alesto, Guillelmus de Cadoena, J. Careos, J. Nevarre Prior de Castro J. de Polano, Ste-  
phanus Houtonis, magister P. de Burgeria, et multi alii meliores de villa. Cum igitur  
ivissem ad dictum hospitium, ad evitacionem fictitii scrutati sumus diligentissime to-  
tum hospitium, et etiam tegulas, et non solum illud sed et omnia hospitia consicivisa, et  
in omnibus aliis posuimus custodes, et ejecimus inhabitantes, ac in duobus locis peri-  
culosis profictionibus posuimus meliores homines de villa super solarium, super cameram,  
ubi audiebatur illa vox et juxta quoddam medium asserrum, et ne illa mulier scilicet  
uxor mortui possit facere aliquam fraudem, ordinavimus, quod una bona antiqua  
mulier jaceret in illo loco, cum dicta uxore. Clausis itaque januis ego interrogavi  
uxorem, quo loco illa vox audiebatur, et ipsa respondit, quod secundum ordinatio-  
nem suam in loco ubi mortuus fuerat. Et ego tunc cum tribus sociis meis cum sin-  
gulis lanternis nostris accensis posuimus nos ad sedendum super lectum dicti mortui,  
ego vero dubitans ne esset illusio Daemonis, acceperam secreta, siquae nulla persona  
sciebat, nisi ego solus, corpus Christi et cum devotione qua poteram mecum portabam,  
licet sic secreta quod nec socii mei aliquid cognoverunt. Cum ergo discessimus ibi  
novem lectiones mortuorum, cum litania, in fine litania quaedam res invisibiliter tran-  
sivit ante nos et ire incepit versus lectum uxoris, et sauebat sonus, ac si duceretur  
scope per domum. Iunc adhuc stante illo sono coram nobis mulier mirabili modo  
incoepit conuerti et timere ac clamare, heu, ecce! Nos vero aliquantulum perterriti  
tacuimus. Sed magister Petrus de Burgeria introduxit uxorem, ut peteret quis esset?  
illa vero



10  
illa vero interrogante an esset Guillelmus respondit quod aīn vox debilis sed diserta  
quasi in medio cameræ, quod sic. tunc ego omni deposito timore cum tribus meis sociis  
accesi ad locum, in quo secundum meam estimationem illa vox loquebatur, et interclu-  
simus. Itaque quod clare percepimus, quod in medio nostrum erat. Ego vero municens me si-  
gno crucis interrogavi eum si cognosceret me, respondit, quod sic. tunc dictus frater Joannes  
Bonapoli interrogavit eum, si eum cognoscebat, respondit, quod non. tunc fuit maximus  
convulsus gentium, circa nos. Et ego cunctis audientibus conjuravi eum, sic. Adjuro te  
creatura Dei, per potentiam Dei infinitam, per ejus sapientiam ineffabilem, per ejus boni-  
tatem, et per omnes virtutes sanctæ Trinitatis, quibus omnia creavit, per mysterium  
sacrosanctæ Incarnationis, et per meritum beatorum imo beatissimæ passionis, per victorias  
et gloriosas resurrectiones, et per omnes ordines sanctorum Angelorum, et per omne  
illud, quod ex Divinâ virtute potest te plus astringere, conjuro te et astringo ut non re-  
cedas de isto loco, quousque veraciter et sine omni fallitate responderis mihi de  
omnibus his, de quibus te volo interrogare. Cui respondit: Libenter. tunc ego interroga-  
vi si esset bonus spiritus an malus. Respondit, bonus. Item interrogavi eum conjurando eum  
in omnibus questionibus sequentibus quantum poteram, an esset spiritus qui sine defectu  
haberet beatitudinem, et attingeret ad salutem, Respondit, quod sic. Item interrogavi eum,  
quis esset, respondit quod quidam spiritus, qui hic recipiebat purgatorium suum. Item in-  
terrogavi eum, quare ibi plus quam in alio loco. Respondit, quia peccatum commisit  
ibi. Item interrogavi eum, quod fecerat peccatum. Respondit, quod offensa matris mee.  
Item interrogavi eum, si peccatum offensionis parentum esset et magna, apud Dominum.  
Respondit, quod maximum, et mirabilis offensa Dei. Item interrogavi, si pateretur  
poenam suam in purgatorio communi vel particulari. Respondit quod in particulari,  
scilicet in illo hospitio, in quo pro illo peccato debebat morari duobus annis nisi bene-  
ficia et suffragia subvenirent. Item interrogavi eum, quæ suffragia illi subveniebant  
tibi, respondit, quod Missæ, et inter alias orationes septem per almi poenitentiales. Item  
interrogavi eum, quam poenam pateretur, Respondit, quod poenam plammæ. tunc inter-  
rogavi eum quomodo spiritus incorporeus poterat pati in plamma corporea. Respondit  
quod per potentiam, et voluntatem Dei. Item interrogavi an bonus angelus vel malus  
scilicet diabolus adduxisset eum ad locum, suæ præsentis, respondit, angelus bonus. Item  
interrogavi.




interrogavi eum qui erant illi, qui sibi bonum fecerant. Respondit, Predicatores et mi-  
nores et multi sacerdotes et nos. Item tunc interrogavi eum ex quo hodie celebravi. Respon-  
dit, de spiritu sancto. Iu, ego dixi, mentiris, nam licet in missa mea duas orationes dixe-  
rim de spiritu sancto, tamen principale officium, fuit de mortuis. Item interrogavi eum,  
quot missae possent eum adjuvare, Respondit, quod centum. Item interrogavi eum, si  
indulgentiae pro me acquisitae sibi possent proficere, si ego me eis spoliarem, et eum indue-  
rem. Respondit quod sic. Iunc ego spoliavi me quantum poteram omnibus indulgentiis  
per me acquisitis de anno uno et dedi sibi. Item interrogavi eum si in puncto mortis erat  
horribilis concursus demonum, respondit quod sic. Item, interrogavi eum, si demones habent  
fidem de sancta trinitate. Respondit, quod habent credulitatem. Item, interrogavi eum si  
abhorrebat lumen, Respondit quod ito in tenebris ad tempus. Item, interrogavi an peccata  
confessa sint replicata in morte, respondit, quod sic de quibus satisfactum non erat. Item,  
interrogavi si immediate animae a corpore exiit post exitum, habent scientiam de rebus  
naturalibus. Respondit, quod sic. Iunc ego dixi tibi. In quo ergo tu habes scientiam, lo-  
quaris mihi litteraliter. Respondit, non possum. Iunc ergo dixi tibi, quare non potes?  
Respondit, quia voluntas Dei non est. Et tunc inmens subiunxit. Rogo vos ut dimittatis  
me, et non vexetis me amplius. Ego vero dubitans me esse et malos spiritus, qui vexarentur  
ex parte corporis christi, quod mecum habebam, absque scientia alicujus personae. Inter-  
rogavi eum sic. Conjuro te per virtutem illius qui te creavit, et sub cuius dominio est omnis  
spiritus, ut dicas mihi si ego habeo virtutem, vel aliquod bonum, in me. Respondit, ita,  
corpus christi. Et ex tunc omnes conjurationes quas feci, sibi feci in virtute corporis christi,  
quod ibi praesentialiter tenebam. Item, interrogavi eum, in virtute corporis christi, quid  
corpus christi ageret contra demones. Respondit, quod summe terrebat eos. Interrogavi  
eum sicut supra quare non veniebat ad religiosos vel alias personas, quae possent eum  
juvare plus quam, uxor sua. Respondit, quod non poterat, quia deus nollet. Item, interro-  
gavi eum quare causa plus veniebat ad uxorem, suam. Respondit, quod plus dilexerat eam.  
Item, interrogavi sicut supra quare eam, sic terrebat, et dimittelat eam sic desolatam  
et afflictam, cum hoc sit conditio mali spiritus. Respondit, ego non possum, tibi nocere,  
et ipsa causa desolationis huius. Item, interrogavi ut supra an sciret aliquem, salvatum  
vel damnatum, ex quo mortuus fuerat. Respondit, quod non permittebatur loqui a deo.




150  
Item interrogavi eum in virtute corporis Christi, quid plus juvabat in puncto mortis.  
Respondit meritum passionis Christi et sanctorum eius. Item interrogavi eum an  
sentiret alleviationem ex parte corporis Christi. Respondit, quod sic, et demones afflicti-  
-onem. Tunc ego precepsi tibi in virtute corporis Christi, ut sequeretur me et Christum  
benedicentem, in cujus virtute liberaliter a poenis purgatorii. Respondit libenter. Incep-  
-i inquirere an fuisset confessus, et perfectae contritionis, et aliqua de virtutibus confessionis,  
et causam quare ipse melius quam alii apparebat. Tunc dum coepisset respondere,  
ego volens probare an sequeretur corpus Christi, incepi ire versus portam. Et ipse  
sequebatur me. Quia vero non poteram transire nisi coram lecto uxoris, ipsa atten-  
-dens, quod appropinquabat sibi, ita fuit territa, quod cecidit ibi quasi mortua. Et  
impedita non potuimus audire quid ad praemissa respondit. Postquam vero convalescit  
mulier audire volumus si adhuc esset in domo. Et dum quiescissent aliquantulum  
audivimus vocem lamentabilem, discurrentem per domum. Ego vero timens ne afflige-  
-retur conjurationibus factis, rogavi Dominum, ut dimitteret eum libertati suae. Tunc  
vero de illa voce nihil audivimus.

Post vero iterum ad majorem certitudinem ibi in vigilia Epiphaniae ivi, et cum  
duxissem tres fratres, scilicet fratrem Joannem De Aquinolo, fratrem Raimundum Cabassa  
secundum lectorem philosophiae, et fratrem Joannem Bonafissi lectorem philosophiae.  
Dictis multis orationibus et officio defunctorum, pulsatis matutinis in monasterio S<sup>ti</sup>  
Germani, venit quaedam res invisibiliter coram nobis faciendo sicut in prima appa-  
-ritione fecerat. Tunc uxor defuncti bene associata bonis dominabus in praesentia omnium  
muniens se signo crucis et secum portans Evangelium Joannis, et dicto verbum caro fac-  
-tum est, licet multum timeret ad informationem, et confortationem nostram ei dixit:  
Quis es tu? Tunc respondit vox, ego sum. Tunc mulier, conjuro te per beatissimam passio-  
-nem Christi, in cujus custodia pono animam meam et corpus meum, ut in aliquo  
non noceas mihi. Respondit, non dubites, quia non possum tibi nocere. Item conjuravit  
eum, sic. Te conjuro per meritum et virtutem passionis Christi, et per effusionem san-  
-guinis quam fecit in cruce benedicta per redemptionem humani generis, ut dicas mihi  
si tu es bonus spiritus an malus. Respondit, bonus spiritus sum. Item interrogavit  
ut antea, si erat anima Guillelmi De Corno quondam, mariti sui vel alius spiritus,  
respondit



respondit quod anima mariti sui. Tunc ego cum tribus sociis meis, et cum multis  
secularibus, circumcixi eos illi roci. Haec quod secundum estimationem meam, vox  
erat in medio nostrum. Unde ego credens, quod Haret nobis cum tantum, sicut Haret  
-erat in ipsa apparitione, et sicut steterat cum multis secularibus sine nobis, astin-  
-cum ad remanendum, sed conjurari eum sic. In virtute Iesu Christi qui est verus Deus  
et verus homo, et cui data est omnis potestas in caelo et in terra, tibi procepio, et te conju-  
-ro ut dicas mihi si cognoscas me. Et ipse respondit, quod sic. Item interrogavi  
eum, astingendo sicut antea, quis eram. Respondit Le Priour. Item interrogavi eum,  
astingendo sicut antea, si cognoscebat alios socios meos, respondit quod non. Item,  
interrogavi eum, cum adjurationibus promissis, si credebatur filium Dei veram carnem,  
pro redemptione humani generis, remanente integra et inviolata virginitate glo-  
-riosae Marise Matris Christi. Tunc respondit voce laetissima, istud, credo verissimam.  
Item, interrogavi eum, sicut supra an ex beneficiis ecclesiasticis, et suffragiis dictis  
pro eo esset multum, de poena remissum. Respondit quod sic. Tunc interrogavi eum,  
quantum. Qui respondit, quod de illa terribili poena, quam patebatur ibi, ex bonita-  
-te divina erat sibi remissum, quod non debebat ibi morari nisi usque ad Pascha.  
Tunc ego subintelligens ex dictis suis, quod aliam poenam haberet, excepta illa  
quam ibi patebatur, dixi sibi; tu mihi dixisti, quod hic facies purgatorium,  
tuum, habes tu ergo aliam poenam... illam quam habes in isto hospicio, respondit  
quod sic. Tunc ego interrogavi eum sicut supra ubi et in quo loco sustinebat illam  
aliam poenam, quam patebatur in hospicio, qui respondit, in purgatorio communi.  
Tunc ego miratus quomodo simul poterat pati <sup>in</sup> in duobus locis distantibus, in-  
-terrogavi eum quomodo poterat hoc esse, cum ejus adventum ad dictum hospici-  
-um cognosceremus clare. Respondit, de die patior in illo communi, de nocte in isto par-  
-ticulari. Item aliqui dixerunt tibi, quod signaret se signo crucis et respondit,  
quod non habebat manus. Et juxta hoc ego interrogavi eum, audis me. Qui re-  
-pondit, sic. Tunc ego interrogavi eum, habes tu aures. Respondit, quod non.  
Tunc interrogavi eum, quomodo potes me audire cum non habeas aures. Respondit,  
quod hoc faciebat per potentiam Dei. Tunc ego incipiens eum interrogare, quomodo  
debebat morari in purgatorio communi, subito exiit. Et nobis visum fuit, quod  
ab illo



157  
ab illo medio, quod erat inter nos, quidam ventus exierit sufflans nos admodum debilitatus et ex tunc nihil audivimus.

Explicit miraculum magnum de corpore Christi  
et de anima cujusdam Guillelmi de Corio defuncti.

Forma haec supradicta historia a Domino Nicolao de Bullains in curia Lugniaci anno 1403 ad finem chronici domus Bellilarii appositae fuit. Interim ad Anonymum Castusianum Bellilarii Chronographum, unde digressi sumus, revertamur, qui post enarrata praecelara factum istius eremi facinora, his verbis concludit historiam suam:


Sed finis tandem, hujus operis libellulo ad meipsum, redire debeo, quatenus videlicet ibi videam ne aut incante mala, aut bona non bene dixerim. Tunc enim bene dicitur bonum cum is qui dicit soli Deo a quo accepit, per id appetit placere quod dicit. Nam intentio humanae laudis nobis etiam invitae plerumque subsequitur. Sicut pro necessitate quidem cibum sumitur, sed in ipso est dum partem galae subrepsit edendi delectatio permittitur. Sed quia ego foedus pictor pulchrum de foris depinxi hominem, per verba, haec miser, non solum exterius, sed etiam interius horribilis ac putidus appareo per opera. Nam sicut calor fractum portat, et inde nihil comedit, sic et ego fractum a sanctorum opera aliis propino, nec quidquam inde spiritualis commodi percipiens, jejunos et sterciles remaneo. Ideoque humiliter deprecor, et deprecari ab omnibus desidero et laborator, quatenus si plus minusve quam debui in hoc libello scripserim, mihi omnium misericors, misericordissimo, omnique spurcicia peccatorum foetidissimo, misericorditer indulgeat. Sed et gratiam tuam in praesenti misericordissime impendat, et ad vitam aeternam postmodum perducat, ipse Iesus Christus Dominus noster qui cum Patre et Spiritu sancto vivit et regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen

Explicit. - Deo gratias. -

Iste Liber est de Domo Lugniaci Castusianis Ordinis Lingonensis Diocesis  
datus Domino Nicolao de Bullains ad vitam suam, eo quod scripsit eundem in eadem Domo  
Anno Domini millesimo quadringentesimo tertio (1403) Orate pro eo. -

(12 mai 1890. dest. de Reponoir)

Nota. Cette chronique insérée dans le vol. VII de la notice, n'est pas écrite de la main de D. de Courville, l'écriture ressemble à celle de D. de Vasseur, quoiqu'elle ne me paraisse pas venir de lui. - p. Pal. B.



# Catalogus Priorum Cartusie Bellivariensis

extabulis Domus et chartis Capituli generalis. —  
(Exit de la main de D. Le Conteux. —)

## D. — Stephanus Protoprior. —

« Professus Portarum, vir sanctus ut apparet ex prosepata historia, in qua cum dicatione regiminis cursum, longo tempore expertus, constetque eum fuisse absolutum a prioratu et deinde aliquantulum temporis egisse procuratorem, eodemque officio dimisso in solitudine tandem obisse et quidem ante annum 1220, quo anno Guillelmus Episcopus Autissiodorensis (quo sedente ipse obierat) ad sedem Parisiensem translatus fuerat; hinc colligo eum non proesse potuisse ultra annum 1217. — » ita cat.

## D. Leobardus Prior 2<sup>us</sup>

« Sive Leobardus prosepuit quinque annis, et misericordiam obtinuit in Capitulo generali circa annum 1222. De coplura in prosepata historia. — » ita cat.

## D. — Guerinus Prior 3<sup>us</sup>

« Professus Angionis successit Leobardo et biennio post circa annum 1224 obtenta absolute ad propriam Domum rediit, ex eadem historia. — » ita cat.

## D. Gerardus Prior 4<sup>us</sup>

« Qui et Girardus ac Giralduus dicitur, prosepuit annis 1225 et 1230, ut ex instrumentis superioris inter beneficia. Et prosepuit quindecim annis cum magno profectu utriusque status, ita ut in prosepata historia nominetur fundator et patronus hujus Ecclesie. In officio mortuus conjicitur circa annum 1239.

Anno 1227, termini hujus Domus per R<sup>um</sup> Patrem, Tancelinum, Priorem Cartusie confirmati sunt, ut patet ex idiographo citato a Clemente Bohic. — » ita cat.

## D. — Durandus, Prior 5<sup>us</sup>

« Professus Awerice vir simplex et rectus regimen tenuit uno anno, et ab dicatione manere Awericam repetiit ibique in Domino quiescit, ex prosepata historia. — » ita cat.

## D. — Briccus, Prior 6<sup>us</sup>

« In Decano Autissiodorensi factus est humilis monachus in hac Domo, deinde institutus prior

1

tu

is

is

is

is

is

is

Prior Luigniaci ibidem profuit usque ad annum, circiter 1840, quo ad regimem hujus rœe Domus translatus, ante completum, in prioratu annum plenus dierum, et bonorum operum, interit. In historiâ. — » ita est.

#### D. — Joannes, Prior 7<sup>us</sup>

« In procuratore Luigniaci eligitur Prior Bellilarii, sed elapso anno, a prioratu absolutus circa annum 1842, in procuratorem Luigniaci restitutus est tanquam eidem Domui ralde necessarius. In historiâ, De eo infra. — » ita est.

#### D. — Bartholomæus Prior 8<sup>us</sup>

« Professus et procurator Vallis S<sup>ti</sup> Petri gubernaculo amovetur, nec ab eo amovetur nisi septennio post quo discessit, sepultus juxta Bricum, quondam Priorem circa annum 1849. De eo in historiâ. — » ita est.

#### Anonymus, Prior 9<sup>us</sup>

« Profuit tantum, duodecim diebus absolutus in Capitulo generali propter personam ejus despici-  
-cibilitatem, ut loquitur auctor historiæ, qui propterea nomen ejus tacuit. — » ita est.

#### D. Joannes. Prior 10<sup>us</sup>


« Idem qui supra iterum Prior nominatur ex procuratore Luigniaci, et digne et laudabiliter (ut habetur in historiâ) rexit tribus annis, mortuus in reditu a Capitulo generali, sepultus in Abbatiâ Bellocville in Diocesi Lugdunensi. Quod autem, in prefata historia habetur huic Priorem, capellam super capitulum, edificasse, dicens non longe post futurum quod duo altaria in ordine haberentur: id factum fuisse circa annum 1250 conjicio ex charta Capituli gen<sup>l</sup>is ejusdem anni, in qua sancitur quod de duobus altaribus suscipiendis requiratur consensus conventuum. — » ita est.

#### D. Bartholomæus, Prior 11<sup>us</sup>

« Professus hujus Domus in Priorem assumitur circa annum 1252, quatuor ferme annis gubernavit, mortuus circa annum 1256 vel 1258. — » ita est.

#### D. Stephanus de Argemo Prior 12<sup>us</sup>

« Nobilis genere sed virtute nobilior religioso, (ut habetur in historiâ) profuit quatuor annis, religiosiusque <sup>obijt</sup> ~~profuit~~. Cui prout successisse auctorem historiæ, qui licet eam, ulterius prosecutus sit, de successore tamen Stephani penitus siliuit: quamobrem, ab anno 1260 quo videtur priorem absolvisse historiæ, usque ad annum 1297, duo vel tres Priores desunt, ut prout. — » ita est.



## D. Guillelmas de Busqueto Prior.

« Anno 1397 quidam Guillelmas fuerat, ut constat ex tabulario Domus, videturque esse D. Guillelmas de Busqueto, qui ab dicato prioratu obiit in solitudine, cujus obitus signatur in ch. 1303, his verbis: Cestio idus octobris obiit D. Guillelmas de Busqueto quondam, Prior Bellilatici qui habet beneficium per totum ordinem, et associationem, cum primo universario. Hoc autem beneficium videtur ei concessum per ch. 1300 in qua haec verba lego: Priori Bellilatici conceditur beneficium per totum ordinem, quae verba iuxta stylum hujus temporis possunt intelligi de vivente. — » ita est.

## D. Gaufridus Prior.

« Praeest anno 1302 iuxta tabularium Domus. — » ita est.

## D. P. Prior.

« Hujus Prioris obitus reperitur in charta anni 1314, his verbis: Cestio nonas junii obiit D. P. quondam Prior Bellilatici qui habet monachatum, per totum ordinem exceptis <sup>in</sup> Bellilatici. Anno 1301, distributis domibus ordinis per provincias haec domus subiecta tunc fuit provinciae Burgundiae; et vocatur in charta Bellilatici in Bellilatico. — » ita est.

## D. Simon Prior.

« Hujus quoque Prioris notitiam habuimus ex ch. anni 1315, in qua signatur mortuus et dicitur quondam Prior, habuitque beneficium per totum ordinem. — » ita est.

## D. Odo Prior.

« Hic anno 1315 pridie kalendas juli societatem spiritualem, inuit cum conventu domus Luvigniaci, cujus societatis literas habet in eadem domo. Idem praestitit Odo anno 1320 ex tabulario. — » ita est.

## D. Guillelmas Girardi Prior.

« D. G. Prior Bellilatici erat diffinitor Capituli generalis ut constat ex cartulario majoris Cantuarie anno 1342. Ut videtur esse idem ac Guillelmas Girardi qui praestitit anno 1344 iuxta tabularium, qui postquam plures annos domum utiliter rexisset, abdicavit, tandemque in solitudine hujus domus suae professionis valde senex mortuus est, signatus tantum in charta anni 1379 cum beneficio per totum ordinem. Utrum vero immediate successit Odo non plane liquet. — »

Anno 1336 praecipitur per ch. Priori Bonpessus, quod librum, in quo meditationes B. Bernardi continentur, habitum a D. Cardinali Butisiodorensi, reddat et restituat Priori Bellilatici.

8.  
3  
bet  
is  
ha  
  
it  
nis  
e  
  
tus  
  
nis  
0  
  
nd  
  
e  
ta  
s  
  
is  
is

Hic Cardinalis videtur esse Petrus de Mortuomari fundator Cantuarie Mortuomariensis.

Anno 1336 per ch. conceditur Priori et conventui Belluarici quod possint dare duo annis versaria comensualia, et duas associationes suis benefactoribus, de quibus videtur expedire.

Anno 1338 concessio facta per Ricardum et conventum Domus Belluarici cuidam homini de duobus penibus ad requestam illustri Comitisse Flandrie et Riuernensis revocamus, cum sit facta in prejudicium dictae D<sup>e</sup> et possit trahi ab aliis in perniciosum exemplum etc. Haec Comitissa vocabatur Margarita, filia Philippi Longi Regis Franciae, uxor Ludovici Comitis Flandrie et Riuernensis qui obiit anno 1346 occisus ab Anglis in proelia Creciaco. Haec etiam anno 1358 cum esset Riuerni cum Ludovico Malcano filio suo confirmavit jus pasendi in sylva Belluarici concessum anno 1225 a Mathilde Comitissa cujus privilegium, exscriptimus in catalogo benefactorum. Margaritae vero privilegium datum est anno 1358 die 28 augusti. Obiit anno 1382, et 15 maii et denunciatur in ch. 1383 cum tricenario. — » ita est.

#### D. Petrus de Charitate Prior. —

« Reperitur in tabulario profuisse anno 1370, de eo iterum infra. — » ita est.

#### Anonymus Prior.

« Forsan Andreas de Charitate professus hujus Domus, qui postea profuit Domui Apponiensi ab anno 1384 ad 1393, tandemque obiit solitarius in hac Domo, primo professus Montis merulae. Anno 1383 Priori hujus D<sup>e</sup> per ch. fit m<sup>ia</sup>. — » ita est.

#### D. Petrus de Caritate Prior. —


« In monacho Fontis B<sup>ae</sup> Mariae iterum proficitur per ch. 1383. Profuit tribus annis usque ad annum 1386 quo per ch. Priori hujus D<sup>e</sup> qui videtur esse idem Petrus, ad suam magnam instantiam fit m<sup>ia</sup>. De eo iterum infra. — » ita est.

#### D. Guillelmus Pizide Prior.

« Alias dictus Pizide. Absoluto Priore per ch. 1386, nullus tunc subrogatus est, sed hic Guillelmus forsitan professus hujus D<sup>e</sup> et alibi Prior, a conventu electus est, qui anno 1387 committator nominatus in eodem officio defunctus est et signatus in ch. 1388 cum tricenario. — » ita est.

#### Prior

« De successore vel successoribus Guillelmi nihil habemus usque ad annum 1396 quo anno per ch. Priori non fit m<sup>ia</sup>, sed committitur visitatoribus, et si eum absolverint, eis deus provisio dictae D<sup>e</sup> conceditur. Anno vero 1397, Priori fit m<sup>ia</sup>. — » ita est. —



D. Petrus de Caritate Prior. -

« Testis per ch. 1397 proficitur tunc simplex monachus Divisionis, sed nec tunc ultra triennium profuit, absolutusque ad domum Fontis suae professionis se recipit, ubi in cella pri-  
-vetus obit ut patet ex ch. 1409. - » ita est.

D. Joannes Le Chenu Prior. -


« Erat Prior anno 1400 juxta tabularium, ad quem vis enter referenda quae habentur in  
ch. 1402, nempe: « Priorem Bellilariici qui anno praeterito duxit ad Capitulum famulum  
cujus inordinazione multa scandala, Damna et pericula provenerunt Capitulo et Domini  
Castusioe, et opprobrium toti Ordini, absolvimus ab officio Prioratus, et vadat ad domum  
suae primae professionis sub disciplina generali ad Ordinis voluntatem, ordinantes ut proe-  
-dicta de dicto Priore Bellilariici singuli in suis chartis conscribant, ut ex divulgatione  
ceteris cedat in exemplum, etc... Et per eandem chartam profertur sententia contra alios  
Priores quorum famuli cum praefato famulo Prioris Bellilariici dederant occasionem  
hujusmodi scandalo de quo in domo majoris Castusioe. -

1402 à 1408. - D. Mattheus de Sancto Jacobo Prior

« Professus Parisiensis sufficitur per ch. 1402. Et annis sex videtur in officio perse-  
-verasse usque ad annum 1408, quo per ch. Priori fit mia. Deinde profuit domibus  
Vallis profendae et Parisiensi ubi obit anno 1419. - » ita est.

1408 à 1413. - D. Firminus Veris Prior

« Professus Abbas villosae domum Vallis Dei ab anno 1402 usque ad annum 1405,  
quo absolutus, in domo Parisiensi hospitatus est usque ad annum 1408, quo Prior Belli-  
-lariici instituitur his verbis: « Priori Bellilariici fit mia, et proficimus ibidem in Pio-  
-rem, S. Firminum hospitans Parisi; et pro reparatione divini officii in dicta domo  
Bellilariici vadant ad eandem ad proficendum, si Priori et conventui placuerit, alias  
ad hospitandum, videlicet S. Theodoricus de Busco professus Capellanus, S. Joannes de  
Ambianis nuper absolutus a vicariatu monialium, Berardi, S. Guillelmus de Camera-  
-co professus Valencennarum, et pater Petrus conversus domus Divisionis. Et S. Guillel-  
-mus Rassen hospes in dicta domo Bellilariici vadat ad domum suae professionis  
Vallis Dei. » Reperitur in tabulis ad annum 1409. In ch. 1413 Priori fit mia  
Deinde fit Prior Montis Dei et Abbatis villosae bis antea, ut ibidem dicemus. - » ita est.



1413 à 1422. — D. Joannes Foucherii, Prior

« In solitudine Parisiensi ad clavum Bellilariici exibat per ch. 1413, et novem-  
-nio post ad Rectoratum Coarici transfertur per ch. 1422. De eo iterum infra. Anno  
1413 Domus Vallis s<sup>te</sup> Georgii incorporata fuit huic Domui, approbante Capitulo generali  
anni 1414, ut ibidem dicemus. — » ita est. —

1422 à 1423. — D. Petrus Claudi, Prior. —

« Professus et conventus Parisi Foucherio subrogatur per ch. 1422, et absolvitur per ch.  
1423. Circa annum 1424 restitutus regimini Opponiaci quam olim rexerat homo  
videlicet 1420, postea fuit Rector Coarici et Prior Ligeti ac Fontis B. Marice. Obiit  
circa annum 1453. — » ita est.

1423 à 1424. — D. Joannes Malicheti, Prior. —

« Qui et de alio p<sup>te</sup> vocatur corrupte ut puto. Prior nominatur per ch. 1423, tunc  
simplex monachus Parisiensis. Sed paulo post et domum et regimen relinquere cogitur  
Anglis et Burgundis domum, v<sup>o</sup>stantibus et evestentibus. Fuit etiam Prior Coletii, Petree  
et Vallis profundæ. Hæc obitus denunciatur in ch. 1440. — » ita est.

1424 à

D. Joannes Bertiers, Prior. —

« Instituitur per ch. 1424 quæ sic habet: « Domui Bellilariici pro nunc propter guerras  
desolata et vacante proficimus in Priorem D. Joannem Bertiers professum Divisionis,  
qui tempore <sup>presentis</sup> tribulationis hospitetur in Domo Vallis s<sup>te</sup> Georgii, et quando poterit  
visitet domum ipsam. H. D. Ricardus Bergerii procurator dictæ Domus vadat ad hospitandum  
in dictam domum Vallis s<sup>te</sup> Georgii, donec per Priorem Vallis viridis fuerit vocatus. »

Utrum prioratus possessionem unquam inierit non constat. Anno 1430 hospitabatur  
in domo Leodii, sed per ch. injungitur Priori et conventui Divisionis ut injuriam factam  
D. Joanni Bertierii profess. dictæ D<sup>s</sup> junta relationem et formam quam scribit capi-  
-tulo generali Prior Valencennarum, et quam Diffinitores tradiderunt dicto Priori, virilibus  
et quam citius prosequatur, ut honor Ordinis et privilegia serventur illosa, et de ex-  
-pensis factis per Priorem Valencennarum in prosecutione jam facta satisfaciatur, et  
similiter Domui Leodii de expensis factis in eadem domo pro dicto Joanne Berte-  
-rii ibidem detento. Obiit solitarius in domo Divisionis et signatur in ch. 1452,  
nulla facta mentione Prioratus. — » ita est.

em  
s  
rel  
h  
mo  
bit  
anc  
iter  
test  
eres  
is  
ut  
um  
er  
tany  
la  
fer  
x-  
t  
v

1425.

D. Joannes Boreas Prior.

« Orbator Domui proficitur per ch. 1425 in quâ sic lego: « Domui Bellilariici proficitur in Priore, D. Joanne, Boreas profectum, Divisionis et injungimus eidem, ut stet in Domo Vallis S<sup>te</sup> Georgii frequentando tamen aliquoties Domum suam, Bellilariici quousque Deus Dederit pacem. » In ch. 1426 nulla fit mentio Prioris Bellilariici. Anno vero 1428 profectus Prior ex simplici monacho profectus est Domui Prætor. — » ita ut

1427: 1428

Prior. —

« In ch. anni 1427 Priori Bellilariici non fit m<sup>en</sup>tio. Sed anno 1428 absoluitur et proficitur Domui Apponiaci facto ejus nomine, quod nobis hactenus ignotum est. Nec ullus in ejus locum, subrogatur Prior Bellilariici, sicut nec anno 1430, in cujus anni charta, hoc tantum habentur de Domo: « Committimus Priori Divisionis de Domo Bellilariici. » ita ut.

à 1431. —

Prior. —

« Anno 1431 hæc Domus habebat Priorem, qui per ch. absolutus ad Domum Vallis S<sup>te</sup> Georgii hospes mittitur, commissâ curâ hujus Domus et Bassoville Joanni de Vozelay Priori dictæ Domus Vallis S<sup>te</sup> Georgii. — » ita ut.

1432 à 1433. — D. Joannes Foucherii Prior. —

« Domui Bellilariici proficimus in Priore, D. Joanne, Foucherii hospitentem, in Domo Vallis S<sup>te</sup> Georgii, sicque maneat cum Priore Bassoville, unde exeat ad visitanda negotia dictæ D<sup>i</sup> Bellilariici ex ch. 1432. — Anno 1433 Priori Bellilariici fit m<sup>en</sup>tio, et regimen et custodia hujus D<sup>i</sup> committitur Priori D. Vallis S<sup>te</sup> Georgii ad quam Domus, Prior absolutus si voluerit, se transferre potest. » Anno 1434 Capitulum generale mandat ut ordinatio de hac Domo et Bassoville anno 1433 facta teneatur, quod et repetitur annis 1435 et 1436. Sed anno 1437 sola Domus Bellilariici remanet in dispositione Prioris Vallis S<sup>te</sup> Georgii, nisi interim visitatores vellent aliter ordinare. Posthac Visitatores Priorem instituerunt, cui per ch. 1438 fit m<sup>en</sup>tio, facto quidem nomine, sed quem credendum esse eundem Joannem Foucherii qui per ch. 1439 ex hac Domo in quâ erat hospes, remittitur ad Domum Parisiensem, suæ professionis ubi obiit in cella ut colligitur ex ch. 1445. Fuit etiam Prior Vallis S<sup>te</sup> Georgii. — » ita ut.

qph

t

o

no

at

ek

ec

mi

de

y

di

t

ln

-

y

e

i

od

r

151  
1438

## D. Petrus Burdonis Prior. —

« Professus 2<sup>o</sup> Belnoe, Prior Bellilani Designatur per ch. 1438. Sed vel non accessit vel paulo post abdicavit, nam anno 1439 Domus carebat Priore. Petri obitus signatur in ch. 1455 in qua dicitur professus 1<sup>o</sup> Vallis profunda cujus et Rector extiterat.

Anno 1439 Capitulum generale provisionem de Priore et alio monacho Domini Bellilani summe necessariam committit Priori Divisionis Visitatori. Anno 1440 nulla proventus fit mentio hujus Domus in charta. — » Ita est.

1441

## D. Guillelmus Rousseau Prior. —

« Orator Domus administrationem accepit per ch. 1441 ex professo D<sup>ni</sup> Paris. De eo iterum infra. — » Ita est.

## D. Stephanus Sandilionis Prior. —

« Erat Prior anno 1445 juxta tabularium, sed timeo me erraverit exscriptor, qui hoc nobis misit: nam puto Guillelmum Rousseau continue rexisse usque ad obitum. Prospit. Den, Stephanus Domini Luvigniaci anno 1480 et Pratoris 1488, ubi obiit ex ch. 1488. — » Ita est.

## à 1465. — D. Guillelmus Rousseau Prior. —

« Proerat anno 1447 in tabulario, et prospit cum profectu usque ad mortem quam oppellit anno 1465, die 26 januarii. — Anno 1446 Carolus VII. Rex Francie huic Domini concessit jus liberi salarii, eamque exemit ab omni subsidio, vectigali et alio cunque tributo, datis literis gallico quidem idiomate, sed quia ex eis patet quanta damna haec Domus a militibus perpessa fuit, has deo integras libenter subijcio:

Charles par la grace de Dieu Roy de France A nos amez et feaux gens de nos comptes generaux Conseillers sur le fait et gouvernement de toutes nos finances, et aux Esleus sur le fait des aides ordonnez pour la guerre en la ville et election d'Auxerre et ailleurs en nostre Royaume; et aux autres Commissaires par nous ordonnez et à tous nos autres grenetiers et officiers tant des aides que des tailles mises et à mettre sur et de par nous, et autrement en la dite election et ailleurs en nostre dit royaume salut. Humble supplication de nos bien amez les Religieux Prior et convent du monastere de nostre Dame de Bellary au Diocize d'Auxerre avous receuz contenant que comme le monastere de Bellary de l'ordre des Chartreux ja piece est esté fondé par les feus contes de nevers et Barons de Dorsy de 13 Religieux prestres  
ch. ant.

it

na

uz

sole

hid

aw

it

as

e

el

ca

ay

ay

ay

chantans  
chantans messes et autres prières religieuses en grand nombre, faisant le service divin  
nuit et jour, et priant Dieu audit monastère; et soit ainsi que avant les guerres  
et divisions qui longuement ont eu cours et durée en nostre dit royaume: Iceux  
supplians avoient leur église et monastère grandement garnis de calices, livres et  
autres choses servant au dit service divin, de livres pour estudier en la <sup>ste</sup> lecture  
pour occuper les dits Religieux, et plusieurs reliques des saints, vestemens, par-  
-ment et ornemens d'église, et de plusieurs autres garnitures et ustancilles d'autel  
pour servir aux dits supplians leurs familiers et serviteurs, leurs granges et mé-  
-tairies bien fournies et garnies de laboureurs, mébayers et gardes de bestail gros  
et menu; de plusieurs beaux estangs bien enproissonnez et mis en état de ven-  
-convenable, dont vivoient les dits supplians, leurs familiers et serviteurs, et en-  
-toient sustentez, nourris et alimentez et secouruz en leurs necessitez en faisant le  
divin service, Les quels joyaux, calices, or et argent des dits religieux et autres biens et  
ustancilles d'autel et bestail ont esté par les ennemis de ce royaume pris et emportez du  
dit monastère, les granges et metairies pillées et volées, les laboureurs pris, emmenez,  
emprisonnez et rançonnez à excessives finances et ransons, et tellement ont esté le dit  
supplians persécutez et molestez que par force de famine leur a convenu de laisser  
leur dit monastère de Bellary, et en iceluy cesser de faire le divin service par long temps  
durant les guerres, et jusques à ce que puis huit ans en ça, et après que les dites guerres  
ont esté avecquement appaisées, que le dit Sieur du dit monastère et aucuns des dits reli-  
-gieux sont retournez au dit monastère de Bellary qui estoit tellement occupé et empé-  
-ché de bois, buissons et espines qui empeschoient l'entrée et circuit de la dite église, qu'à  
peine un sanglier y eut peut entrer, andans y habiter et y faire le service divin, firent  
estarter et couper plusieurs grands morceaux de bois, d'espines, de ronces, qui comme  
dit est, empeschoient l'entrée de la dite église, mais en ce faisant l'un des dits laboureurs  
mit et bouta le feu es dites espines et bois qui avoient esté coupés, les dits religieux  
faisant pour lors le divin service en la dite église, par lequel feu qui soudainement se  
print par force en la dite église ensemble les maisons et édifices dudit monastère furent  
en brief temps embrasées et reduites en cendres. Après laquelle destruction et desolation  
qui est exposée à nostre très St. Père le Pape, Sceluy St. Père à la Requette et priere des  
Hauts Cours

in  
es  
c  
at  
e  
ll  
intep  
l  
os  
L  
o  
L  
Da  
es  
dit  
hs  
es  
-  
-  
a  
nt  
-  
ars  
-  
-  
-  
-

plusieurs grands seigneurs de nostre sang et lignage, et des religieux de tout l'ordre char-  
treux a donné et octroyé auxdits supplians autorité et pleine puissance d'absoudre de tous  
cas généralement et spécialement remis en cour de Rome, et plusieurs grâces, pardons et  
indulgences à tous ceux et celles qui visiteront le dit lieu et monastère de Bellary et qui  
y donneront pour la réedification dudit monastère et église: et pour ce nous ont humble-  
ment supplié et requis qu'attendu et considéré que nonobstant leur dite perte et destruction,  
ils ne scauroient, ne pourroient bonement réedifier ny rebâtir leur dite église et monas-  
tère sans nostre bon aide et secours, qu'il nous plaisir affranchir et exempter à tous jours  
de toutes tailles, soldes, <sup>puice</sup> images, subventions et exactions quelconques qui ont et auront cours en  
nostre roy aume, ensemble de faire quiet et garde de porte tous leurs métayers, bouviers, chartiers  
et serviteurs, et leur octroyer qu'ils prennent en l'un de nos greniers à sel de Cosne ou de la Cha-  
rité du sel pour l'usage d'eux et de leurs dits métayers, bouviers, chartiers et serviteurs, et sans  
pour iceluy sel payer aucun droit de gabelle ni autre acquit ou devoir, fors seulement le droit  
de marchand, afin que par les habitations et labours qui y seront faits, le dit service divin y  
puisse estre continué et entretenu, la dite église et monastère réedifiéz et restabliz; Les peche-  
rins qui iront acquies et gagner les pardons et indulgences, recens, loges, et repens; et sur ce  
leur impétrant nostre grâce. Pour quoy Nous ces choses considérées, ayant ledit monastère  
et tout l'ordre chartreux en grande recommandation, voulant subvenir à la nécessité des dits  
supplians, a icelux pour les causes dessus dites et autres à ce nous mouvant avons octroyé et octro-  
yons de grace spéciales par ces présentes, que tous les bouviers, métayers, chartiers, serviteurs  
demeurans en leurs dites granges et maisons, ou aux pourpris d'icelles soyent francs, quittes  
et exempts de toutes tailles, soldes, images et autres subventions et exactions quelconques, qui  
ont et auront cours en nostre roy aume dorénavant et à tous jours, ensemble de faire quiet et  
garde de porte en nostre dit roy aume. Et avec ce icelux supplians puissent avoir et prendre du  
